



I. N. I.

30

CHRISTVS

PER OMNES CARNIS SVAE DIES
OMNIA PRO OMNIBVS, VARIA PRO
OMNIBVS ET VARIIS HOMINVM
PECCATIS PASSVS

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO SERENISSIMO DVCE
ERN. AVGUSTO CONSTANTINO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE

GVESTPHALIAE RELIQA

PRINCipe AC DOMINO SVO LONGE CLEMENTISSIMO
EX SVMME REVERENDI THEOLOGORVM ORDINIS IVSSV

DISSERTATIONE IN AVGVRALI

PRO CAPESENDIS SVMmis IN THEOLOGIA HONORIBVS

A. D. XXVII. IAN. A. P. C. N. clo Id CC LVIII. HOR. POM.

INTER IPSA ACADEMIAE SECUNDa POST INAVGVRATIONEM SVM

I V BILA SECVLARIA

SVB PRAESIDIO
VIRI

SVMME REVERENDI CELEBERRIMI DOCTISSIMI
IOAN. CHRISTOPHORI KOECHERI

S. S. THEOL. DOCT. AC PROF. PVBL. ORD. IN HAC ACADEMIA
INCLVTISSIMI, THEOL. ORDINIS H. T. DECANI

SPECTABILISSIMI

PATRONI FAVORIS ET PROMOTORIS SVI AD CINERES VSQUE
PIE VENERANDI

PUBLICE VENTILANDA
QVA PRIORA HVIVS ARGUMENTI MOMENTA
EVICTVS

AB

EHREGOTT NICOLAO BAGGE

PHILOSOPHIAE DOCTORE CONSIST. DVC. ADSESSORE FAC. PHILOS.
ADIVNCTO AD AED. IOAN. PRIMO ET AD AED. MICH. QVARTO VERB.
DIV. MINISTRO SOCIETATVM QVAE JENAE FLORENT TEVT.
ORDINARIO LAT. HONORARIO SODALE.

JENAE LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.

30



PRAEMONENDA.

S. I.

Conditio haec quum immutabilis in hoc aevo sit rerum
humanarum, ut continua successione, quae mentem
gaudio ac quae eandem moerore replent, inter se
alternent: mirum profecto nemini, hoc quoque in sensu di-
uinorum accidere mortalibus, videbitur. Adeo animi ad-
fectus hic eterque, quorum alter alias alteri aduersatur vi-
naturae suae, in eodem saepius obiecto, tempore, momen-
to, arctissimo quasi inter se nexus copulatus adparet. Male
modo qui sapientia, que omnia optime regit,
vestigia in hac meditatione in castum desiderauerint. A
cultoribus eadem suis, rectius quibus mens sedet, hanc ob-
causam merito laudatur, quod, nihil moderabile suadenti-
bus gaudiis terrenis, iisque non raro inter spiritualia fese
ingerentibus, interueniente imperfectionis sensu viuidiore
metam fixerit debitam, nec non ex aduerso haec utilia ma-
gisque seria dulcibus miscendo omne prae omnibus pun-
ctum tulerit. Qui haec animo voluerem, lactum, quo iam
in alma hac Salana viuitur, iubilorum tempus me permo-
vit, in eandem anni periocham incidens, quae filiam Sio-
nis ob sponsum dira perpeplum viuisque exemptum acerbis-
simus mentis affligit redeuntibus quotannis doloribus.

A

*Suscepti la-
boris oc-
casio pra-
pior;*

Quid-

Quidni vero redeant quotidie, immo per singulas diei horas atque momenta, ipse breuem vitam quum in oppignorationem amoris sui versus illam misere transegit a teneris miserius eandem finitum immanibus, quos fustulit ab improbis, cruciatibus properauit, miserrime denique, crucis exantato supplicio, eandem in mortis praematurae caligine deposituit. Lugeas ergo, quicunque oppressum innocentiam perfectissimam sine condolente animo contemplari audeas. Immo vero contristemini potius, ac pudefamini, peccatores, quorum ut vita haec tolerabilis ac spe felix, altera vero beata nuncupari mereatur, vita ille sua molestissima filius Dei unigenitus, Ipatri in eadem ab aeterno iunctus essentia, ac morte aerumnosa pro vestris, aduersa quaevis perennia promerentibus, facinoribus apud Deum effecit. At quantus quamque stupendus hic amor! Huncne tristitia, an vero viuidioris purissimique gaudii argumentum suis cum fructibus dicamus esse praestantissimum. O si, quotquot amore hoc suo salutifero maximus ille causae nostrae apud Deum patronus amplexus est, mentem ad haec seriam applicuerint, quo iucunditatem inde animis enascentem percipere in hoc alteroue aetuo valeant. En tibi obiectum, omnia reliqua antecellens, circa quod maiorem num moestitiae, an laetitiae vim excitauerit, dubius haerere tibi videberis. Fac, iubila nostra eiusdem sacris fint commixta planctibus, iisdemque temperata; fac, eadem fese hilaritati fidei, Christum passum amplexae, adjungant; iubila erunt, quorum concentus super astris audiuntur, illique placebunt, cuius est, quod stet adhuc floreatque haec musarum sedes, ineffabilis gratia. Spondet haec iubilorum ratio, fore, ut eadem porro, ac usque dum ruerit vniuersi stupenda moles, academia perfruira felicitate fuerit. Quibus annuere clementia numinis velit spei votisque ardentissimis! Ego vero, pro obuia mihi iubilorum horumce promouendi ex parte mea solemnitatem facta occasione, simul ad hanc dilabendi praeuiam medi-

meditationem, et indicatum rubro eligendi dissertationis argumentum, ansam adeptus sum, quam porro breuibus omnem praeter ambaginem enarrare est animus.

§. II.

Hunc scilicet laborem suscipiendo ante biennium con- remotior.
suum iamiam a me capiebatur, quum in lucem emissâ es-
set primum (a) a Viro maxime reverendo doctissimoque ER-
NESTO LUDOVICO RATHLEFIO, 'Nienburgi in Ducatu
Hannoverano sacrorum antiſtite celeberrimo, quaefio illa,
quidnam proprie expiatorium in vita Iesu dici mereatur?
Diffensus, qui animum meum a primo intuitu alienum a
viri huius praefantissimi sententia reddebat, per dictam
simul ab eodem epistolam (b) declarata, omnibus ibidem
adhibitis rationibus minime reprimi poterat, quin potius
earundem, quod pace Viri huius, eruditissimi alias, di-
ctum sit, infirmitas pro sententia, quam probare debe-
bant, probanda, diutius mihi illas intuitu per momenta
illucscere videbatur certior. Hic illos licet, qui de
praemio proposito in quaefitionis desudarunt solutione,
ipsumque admod. reu. MEIERVUM, militum Hannoverano-
rum Angliam transmissorum tum temporis ecclesiasten, (c)

A 2

cui

(a) in scripto eruditione varia theologia nitente, per singulas particula-
tim Annis decadis, quae iam agitur, quarto, quinto, sextoue sep-
timanas lingua vernacula edito, der Theologe ab auctore cognomi-
nato, Tom.II., ad annum quintum pertinente, particula XIX. col. 289.
sqq. in appendice huius Tomi, mox citanda, recusa col. 17-30.

(b) loco cit. col. 290. sqq. cuius se auctorem ipse profretur in eiusdem
Tomi appendice, qui haec in fronte gerit: Was ist das Verfoehnende
in dem Leben unsers Mittlers Iesu? in einigen Abhandlungen über
die im Theologen des Jahres 1755. mitgetheilte Preis Aufgabe etc. pra-
faminis col. 6.

(c) cuius elaborationem eidem intexit appendici M. R. Rathlefas post
praeferam primam col. 31-74. cum rubro sequente: Preisschrift.
Schrift vnd vermanungsaſſige Abhandlung von dem verfoehnenden Zeit-
punkte

cui hoc adjudicare brabeum *ordo theologicus Helmstadiensis inclutissimus* nullus dubitauit, (d) non plane consentaneos sibi habuerit, ex parte quippe in eandem, quam ego sententiam pedibus transisse ab eodem ipso narrantur, ex parte vero altera, et ii quidem ipsi, quorum coronari scriptis adplausu contigit, aliud momentum pro expiatorio in vita Christi, ac autor quaestio[n]nis, declarant: (e) in eo tamen cum hisce paria ille habet, quod certo colummodo momento vitae illud seruatoris tribuat. Incidisse fese in hanc quaestio[n]ne ipse M. R. Rathleſius fatetur, (f) vbi pia quidem, at vero non satis adcurata, sibi visa b. et de ecclesia Christi immortaliter promeriti *Rambachii* monita, in meditationibus ipsius in passionem Christi, vernacula euulgatis, quavis fere pagina obvia, legit, quibus, cerra afflictionum genera redemptorem optimum sustinuisse pro certis peccatorum humanorum speciebus, obseruantum ab eodem ad consolandam fidem et excitandam poenitentiam vitaeque sanctimoniam commendatur. Id quod et

puncte im Leben Iesu versertiget von Herrn Johann Christian Wilhelm Meier, etc.

(d) vid. append. cit. praef. col. 10. 11. 12. subscripte quidem, tanquam decano, at vero non consentiente S. R. CARPOVIO. cfr. S.R. Fr. Guil. Krafftii theologische Bibliothek partic. 119. p. 815. fqq.

(e) prius legas app. cit. col. 7. Ex horum numero, qua alterum saltem quaestio[n]nis momentum, clarissimus Waltherus est, vid. ipsius *Betrachtung über das versöhnende in dem Leben unsers Mittlers*, col. 75-106 appendix citatae comprehensam, eiusque §. 17. 18. col. 101. fqq. Num vero quis ex eodem censu fuerit, cuius schediasma cum determinata sua hac de re sententia, quae ederetur, ab ipso promissa, ibid. col. 164. simul euulgare se velle pollicitus est M. R. Rathleſius, pariter ignoro, ac huius promissi num plane quid praesitum fuerit, meis quum, et sollicite querentis, oculis huius rei nihil obueniatum sit oculis. Posterioris ipsae lucubrations, Meieriana cum reliquis, huius quae appendicis praeципuum caput absoluant, conspectu suo sibi praemisso et conclusionibus suis finalibus commonstrant, ipso editore exuditissimo aliorum eedente iudicio. app. col. 163.

(f) app. col. 5. coll. der Theologe 1755. part. 19. pag. 291. not. (*)

et ipse venerabilis Rathleffus in rationibus, pro hypothesi sua militaturis, et qui ex parte cum eo faciunt, impugnandum simul sibi sumere debuisse existimarent, ne eo sistema eorum corruendi periculum subiret. (g) Neque vero hoc ad veritatis normam efformatum esse iudicium ratus, vtrumque, nimirum et redigi debere ad certum momentum vi-
tae Iesu, et quidem ad hoc vel illud, τὸ in eadem expia-
torium, et certis cruciatibus pro certis delictorum generi-
bus saluatorem satisfecisse non dici adequare, refellendum
mihi sumebam, quum alii ex improviso labores variique
generis impedimenta consilium abiicere iuberent. Resum-
fi vero, mente haec tenus non immutata, quum iubila aca-
demiae ad disquirendum publice de salubri veritate et me
inuitarent, reliquorum minimum. Iam quoque cuncta-
tum esse me non piget, campus plurium elaborationibus
huius argumenti longe quoniam mihi interim latior aper-
tus est, in quem uno eodemque expatiari labore licuerit.
Vergant omnia, ex animo precor, in diuini nominis glo-
riam, doctrinae coelestis, ecclesiac et academiae commo-
dum. Quae quo eo obtineantur certius, beneulos mihi
exopto lectores; qui, quidquid boni ac solidi hifce com-

A 3

pre-

(g) aut si mavis, ex illo negotio hoc extrudi desumere occasionem. vid.
Rathleffus l. c. et paginis sequentibus. *Theodor. Lüft. Schoeniger*, eruditus Erfordiensis, in ipsius Beantwortung der im 19 Theologen von 1755. aufgegebenen Fragen vom versöhnenden im Leben Iesu, quam saepius laudata append. col. 107-122. exhibet §. 6. annot. I. coroll. I. col. 115. *Anonymous*, cuius quarto loco in dicta appendice col. 123-
152. scriptum obuiat, eodem fere rubro ornatum, §. 24. 25. 26. col.
143. sqq. eundemque qui excipit, alter, in tentamine suo, quod in
script: *Versuch einer Beantwortung über die im 19 Stücke des Theolo-
gen von 1755. aufgegebene Frage: Ist jede befondere Leidensart Iesu
eine Ausführung einer besondern Sünden Art?* vnde reliqui quaestionis
argumenti non expectares solutionem, quam tamen dedit, ad hanc
Praesertim respondens quaestionem col. 156. sq. Cum hifce faciunt,
ad quos prouocat Rathleffus col. des Theologen 300. appendicis. 28., *Au-
gures der göttlingischen gelehrten Anzeigen anni 1755.* p. 99.

prehensum inuenient pagellis, gratiae Dei grati mecum
tribuant, si vero errasse animaduerterint me, qui homi-
nem me esse humanique nihil a me alienum reputo, man-
sueta in viam reducant regiam correctione, quod bene-
ficium gratissima me semper reculturum esse memoria
spondeo.

§. III.

Eiusdem ordo ac di- uisio gene- ralis Rite peragi negotium suscepsum non poterit; nisi declaratis prius, circa quas versatur disputatio nostra, ideis generalioribusque, ex earum combinatione vel separacione oriundis, propositionibus, utriusque eruditissimorum dissentientium ita obuiam iuerimus hypothesi, vt ab ea, quae natura prior est, incipientes, hac infirmata, alteram eo euertamus facilius. Abibit itaque suapte in tres *sesiones* opella, quae vt ad quaternum assurgant numerum, ea efficiunt, quae ex eruditissimorum dissentientium assertis post praecipuae quaestione solutionem monita quaedam adiiciendi anfam mihi dederint. Earum igitur *prima* de satisfactione Christi, de eiusdem expiatione meritoue pro nobis praefititis, praeprimis vero de passione ipsius generalia aliqua tradet. Cui superfruentur *secunda*, toti ante reuinificationem vitae ac morti Christi, omnibusque, quibuscum ipse intra eiusdem colluctandum fuit spatium, aduersis *tō* expiatorium ac meritorium, quorum hoc cum obedientia Christi actua commune habent, tribuens, nec non *tertia*, doloribus idem mediatoris omnibus ac singulis pro omnibus singulifue hominum peccatis, itidem vero variis certisque pro variis adsignans atque certis. *Quarta* tandem reliqua variarum illarum, quae hac occasione data emanarunt in publicum, lucubrationum momenta breuiter tanget, circa quae aliquid monendum esse visum fuerit.

SECTIO

SECTIO I.

DE

SATISFACTIONE, EXPIATIONE, MERITO
ET PASSIONE CHRISTI GENERALIA QVAEDAM.

§. IV.

Infinitum ens laedere illum, infinitamque eiusdem iustitiam, quicunque peccat, Deique violat praecepta, de eo nobiscum conuenerint, qui omnem nondum eiurauere sensum saniores(h). Neque ab hoc se se malo immunes pronuntiare fuerint ausi, quicunque in terris degunt adhuc vitam(i), neque necessaria; prorsus nullos suimet ipsorum obseruatorum agunt. Ab incunabulis ad haec prava propensionem repetunt(k), ast vero ei-
Satisfactio quid; ad reconciliandum Deum hominibus
 dem profecto ex creatoris optimi sanctissimum non permis-
 tate conditio-
 nationata me-
 culpa, qui ne citra propriam quidem illorum culpam *taphysica;*
 concedere potuit, illos hocce infestari contagio ab aliis(l). 2) necessita-
 Culpam ergo suam sibi quidem conuiciam, at veram tamen, te morali-
 contraxerint iam antea necesse est, quod, quam pulchre *impropria.*
 ex scientia Dei media declarari possit, nostrarum aliorum-
 que

(h) Si laesionem pro relatione finitorum ad Deum explicueris, quorum, quae non valet vis, supplet animus, laesio in peccato habet idem. conf. illuſtr. Daries. Instit. Iurispr. Nat. §. 322. 325. 329. Sic docet Scriptura Ief. VII, 13, vbi versio τὸν ἄνθρακα rad. τὸν περ be-
 leidigen a Lutherio facta, defatigationem ad Deum applicatam commodissime exprimit. Eadem quoque mali nobismet ipsis ex peccatis oriundi Gen. XXXVIII, 9. Pf. LI. 6., et praeuaricationis contra legem Dei Ier. XIII, 7. XXXXI, 3, respectum in peccato ab offensa Dei diuīsim memorat. vid. Io. Guil. Baierius comp. theolog. pol. P. II. c. III. §. XXI. not. a. p. m. 400.

(i) 1 Joh. I, 8. 10. Rom. III, 23. V, 12.

(k) Pf. LI, 7. Gen. VI, 5.

(l) vid. S. R. Reuschii syst. metaph. §. 1037-1039. Pf. V, 5. Deut. XXXII, 4. 5. Act. XIII, 16. 17. III, 27-28. Matth. XIII, 24-30. conf. Io. Frid. Stapheri Instit. theolog. pol. Tom. I. §. CCCCLXXXI, seqq. DCCXXXV. seqq.

que plures demonstrationibus dudum dedere probatum (m). Cui licet hypothesi me subscribere non iuerim inficias: ad institutum nostrum praefens perinde esse intelliges diuidicandum, hanc culpae Adamitiae in posteros propagationem sive ex hac, sive ex altera, a capite representatione desumpta, ratione deduxeris (n). Culpam hancce quotidie contra Deum peccando omnes accumulant homines (o), ex quarum rationum vtraque, iisdem aeterna a numine infinito decernantur supplicia, necesse est (p). Reatum enim illis inde infinitum suo modo i.e. pro ea ratione, qua in ens finitum et defectus eiusdem infinita s. ad ens infinitum quadrare potest relatio, enatum fuisse ex iustitiae diuinae infinitudine relinquitur (q). Quae quum per hancce omnium limitum in se absentiam, neque sine vlla interveniente ratione, neque cum interveniente tantum ex parte, malorum nexibus eximere bonaque sua pro sapientia sua summa dispensare laesoribus suis potest: omne, quod illa, tum non existente, tum vero existente lapsu, ab illis exigit, adimplatur, necesse erit, si ad hunc pristinum statum suum redire cupiant. Istud vero aggriationem, illud acceptationem, hoc satisfactionem adpellare consueuimus (r).

Vnde

(m) Huius habes definitionem apud S. R. Reusch. 1. c. §. 922. Vethem theol. acroam, p. 93. Demonstrationem vero ipsam iustae imputations lapsus Adamitici posteris factae en solidissime, vti foleat, datam a praceptorre meo ad cineres venerando S. R. Reuschio Intrud. in theol. reu. §. CCCLIII. seqq. firmataque scripturae effatis. Ipsam rem spiritus S. disertis verbis eloquitur Rom. V. 12. 19.

(n) de qua consulas Io. Ad. Scherzeri syst. theol. loc. VII. §. VII. VIII.

et plures

(o) Pf. XVIII, 13. Iac. III, 2.

(p) huius rei causam optime egit S. R. Henr. Meene in der guten Suche der Lehre von der unendlichen Dauer der Höllenstrafen tribus Tomis edita 8. 1748. et seqq.

(q) Iterum haec optime a S. R. Reuschio introd. cit. edoctis fueris §. CVIII. CX. CXXI. seqq.

(r) De quibus plura Reuschius 1. c. §. CVIII. CXII. CXXVII. CXXXVIII.

Vnde, rite demonstratis superioribus, quae hic prolixitas vitandae causa brevibus modo, tamquam lemmata, inter se conjunguntur, *neceſſe erit, per ſatisfactionem unicam, non vero per aggratiationem vel acceptilationem, Deum reconciliatum nobis eſſe, ſi reuera reconciliatus eſſe* (s). Necesſitas haecce ſatisfactionis dupli ratione conſiderari potest, nimirum vel sub conditione, et tum quidem pro natura rei, videlicet relatione inter Deum et homines peccatores, quam *necessitatē conditionatam metaphyscam* adpella-re ſustineo (t); vel pro hominum peccatorum indigenia et obligatione ad eandem deſiderandam, et hac ratio-ne *necessitas eiusdem quaedam moralis, eti minus propria, enatiſciur* (u).

§. V.

Si autem vel maxime hac sub conditione, ſi Deus *Quae vero cum peccatore redit in gratiam, hoc ſatisfactionis ope vrraque ir- fieri debeat; ſi porro hac pro ſalute ſua recuperanda mag- rita, niſi ex- gis, quam prorsus, egeat homo peccatis perditus: illud ifere po- nil niſi vanam atque inutilem meditationem de bono non rit et actu extiterit.*

(s) Ibid. §. CXXXVIII.

(t) Cauendum hic duco, ne quis termino, hic distinctionis ſolummodo gra-tia adhibito, male intellecto, abutatur. Neque enim neceffitas hic in effendo, at vero tantum in fiendo, poſta ſub conditione recon-ciliacionis exiftiture vel existentis, pro natura rei affumitur. Quam necessitatē alias conditionis ſinc-qua-non adpellant, cfr. Io. Bened. Carpzov, ifagoge in libr. eccl. Luth. symb. p. 266.

(u) Minus propriam dixi, proprie quuam neceffitas moralis actioni ratione agentis tribuatur. Hic vero actionem deſiderii felicitatis ſuae tan-tummodo apud hominem vrget, quae circa ſatisfactionem, fine qua nulla ſalus, verſatur, et ex hac ratione ipsa quoque ſatisfactione audi-re potest neceffaria.

ram et actu satisfactio. Hinc duplex oritur quaestio: prima, num sit possibilis pro creaturis peccantibus satisfactio apud iustitiam Dei? secunda, num reuera et actu talis pro hominibus satisfactio existat?

§. VI.

Exsistere potest minus esse possit, repugnat (x). Ea vero, quae, quo minime possibilis esse aliquid possit, repugnat, vel in totius vniuersali, vel in variorum illorum connexione cogitando facta obseruantur, quae, quo rem esse adsumamus, nobis representamus (y). Vniuersi nexus si circa satisfactionem consenseris, neque in abstracto neque in concreto s. iuxta experientiam ille consideratus eidem existenti contradicit. Neque enim variorum quidquam hujus nexus aliquid continet, quod eandem abesse iubet (z), neque adeo imperfectio quedam illi per eandem accideret, quin potius immittetur illa, restituatur, si de reliquo existere poterit, augeaturque perfectio (a). Possibilitatem hancce satisfactio-
nis vniuersalem adpellare luet, a particulari distinguendam, quae sequentibus innititur rationibus.

§. VII.

Ex possibili- Videlicet petendae illae sunt ex natura Dei, ex na-
tate parti- tura hominis, ex natura peccati eorumque, per quae pec- culari- catum

(x) cel. Baumg. Metaph. §. 8.

(y) ibid. §. 15. 16.

(z) affirmanti hic, quod negamus, incumbit probatio, quum casuum singularium in contrarium euistione illa praestari debeat.

(a) egregie de hoc argumento egit filio sub Germanici a Sancta fide nomine Vir maxime reverendus ac doctissimus, hodie Harburgensis eccliae superintendens, David Otto Wabendorfius (cfr. S. R. Kratii Nachr. en von Theol. Büchern Tom. I. p. 364.) in der Ueber- einflimmung vernünftiger und geoffenbarter Gründe in den Lehren vom Stande der Unschuld und dem Verluste derselben p. 61.

catum necessitatis moralis satisfactionis euadit ratio, qua-
tenus haec omnia ad ejusmodi satisfactionem spectant.
Hisce enim variis absoluuntur idea relationis, quae Deum
atque hominem peccatorem intercedit, quaeque rationem
illam plenius efformat, ob quam satisfactio hominibus pec-
catoribus necessaria est (b). Deus si quidpiam extra se
producit, quum nihil, ipso non efficiente, existat, eo
illustrare gloriam atque perfectiones suas, praesertim vero
bonitatem, per omnissufficientiam suam intendit (c) vo-
luntate efficaci. Cuius finis non obtenta fuerit exequutio,
nisi omnia ille, quae bona productis vere sunt, illorumque
perfectioni vniuersae conducunt, illis impertitus fuerit. (d).
Creaturis hisce si rationem indiderit atque libertatem
facultatem ex motuis antea perspectis eligendi bonum
vel malum (e): per sapientiam suam, quae hisce eas in-
struxerit mediis, ac sanctitatem voluerit necesse est, eli-
gant bona, reiiciant mala, neque tamen ab hisce eosdem
prohibiturus, neque illa violente obtrusurus. Fac-
iam illas peruersa vti ratione agendi; sanctitas ejus ac sa-
pientia postulant, vt malis sponte electis permittantur,
immo vero, vt malis accedere sinantur mala, quo sentiant
miserae, se bonitatem infinitam spreuissē temere (f). Pro
B 2 horum-

(b) Colligas hoc ex descriptione satisfactionis, quam tradit in oecon. fa-
luit. b. *Ioach. Langius* membr. V. art. III. Sect. I. def. 4. pag. 196.

(c) S. R. Reusch. metaph. §. 990. 991. Ex Pf. CIHII, 1. sqq. multisque aliis
idem scripturae locis efficitur. Quod vero omnissufficientiam hic
memoraram attinet, ex hac omni facillime hanc circa doctrinam mo-
tiae difficultati obuiam iri posse perfusus sum, demonstrationem il-
lam, quae huius non est loci, vitam si Deus viresque concederit,
tempore futuro euulgaturus.

(d) S. R. Reusch. Introd. in theol. reu. §. CCCXXVIII. CCCXXX.

(e) ill *Daries*. inf. iurisp. vniu. §. 52. qualis adhucdum homini post Iap-
sum, a bono quamvis corruptelae suaे tyrannide declinato, a Deo
permitta, vt bonum, efficiente tamen et iuante gratia diuina
reparata, eligat. Deut. XI, 26. 2 Cor. III, 4.

(f) Leibnizii Theodic. §. 72. 126. Hof. XIII, 9. Pf. L, 21. 22.

x)conditio-
nata.

horumce attributorum diuinorum ratione infinita aduersa haecce, quibus propria illarum eas implicuerit culpa, vna cum bonorum omnium cum iisdem connexo defectu rationem itidem infinitam tenebunt (g); hoc vero in ente finito extensie ac protensie tantum adsumi poterit, quum in illud non cadat directe ac proprie infinitudinis intensio, multo vero minus in eiusdem defectus, eorum licet relatio ad ens infinitum seu reatus et intensie dici mereatur pro illius infinitudine infinitus. Id vero hoc sibi vult, omnia mala, tamquam poenas peccatorum, in illas coaceriari, quae simul ac successiue ferre eorundem natura potest, horumque malorum successioni numquam per omne aeuum fore finem (h). Haec igitur si remoueri mala, desperita si bona restaurari debeant, intercedat aliquid necesse est, quod omnia, quae, non existente lapsu, eiusmodi creaturarum praestare illae iustitiae infinitae debuissent, ac praestitissent omnes reuera, nec non quae ab iisdem lapsis requirit iustissimum hac ratione numen in sufferendis poenis, plene exequeretur (i). Id quum in aeterna duratione ob successionem diuersorum ab uno satisfactore non fieri potest pari ratione, qua ab omnibus omnino hominibus fieri debuisset; neque viuius multiplicatio essentialis, vt idem maneret individuum, neque distributio eiusmodi mediationis infinitae inter plures essentia a se inuicem diuersos, vtpote pluralitate essentiae euictos finitos, concipi potest, quod ex sequentibus inferre licet; quum insuper quoque reatus infinitus a parte remanet peccatorum delendus, cui par infinitudine sua debet esse satisfactor; ita hic esse debet comparatus, omnibus

(g) *Reusch.* I. c. CXXIII.

(h) Sic ipse, paucis mutatis, altera huius commentationis a nobis parte notandis, adm. reu. *Meierus*, dissentiens noster argumentatus est I. c. §. 6. 9. col. 36. 37.

(i) consentaneum habemus *S. R. Reusch.* I. c. §. CCCXCVI. seqq.

bus ut a se ad satisfaciendum praestitis infinitum valorem addere queat (k). Qualitates eiusmodi nemo sibi vindicare praeter ipsum numen poterit, quapropter non erit possibilis *satisfactio*, *satisfactorus* nisi, hoc pro hominibus praesbiturus, homo et simul Deus esse potuerit, per consequens nullam inuulnerit *contradicitionem*, quod Deus sibi met ipse pro hominibus *satisficerit* (l). Vel minime de ratione, qua hoc fieri posset, vel factum sit, intellectus noster quam sibi relietus ignorat, vltierius sollicitis duo adhuc expendenda de *satisfactionis* *possibilitate* veniunt; alterum, qui fieri per infinitam Dei iustitiam possit, quod bonitatem contemtoribus suis administrare iterum incipiat, quod tamen, quo ipse satisfactorem se iisdem praefet, agere debet; alterum, quomodo illa cum perfectione sapientiae, sanctitatis, amoris, iusticiae summa conueniat, illum ab aeterno decreuisse creaturarum exsistentiam, quibus, eumque rerum nexum, in quo eiusmodi ad perfectionem amissam resarcendam requireretur *satisfactio*? Illud vero quod attinet, bonitatem esse infinitam obseruare velis, quae nullam profecto calabilem relinquit intentatam, qua semetipsa inundare creaturas possit, viam, neque ergo in earum deflexarum ad felicitatem reductione vel minime otiosa deprehenditur (m). Eaque ipsa bonitas, ad sapientiae quasi exhibita nutum, Dei est iustitia (n), quapropter ab eadem resumi, vbi poterit, creata felicia reddendi negotium, neque adeo impediri, mirum ne tibi videatur. *Huius* decreti defensurus rectitudinem, decretorum tantummodo diuinorum pro Dei, non pro hominum, dimitiaris natura atque more, et ex omni difficultate fueris hic obvia eluctatus. Decreta Dei sunt actus diuini immutabiles indiuisibilesque ac perpetui

B 3

sine

(k) vid. *Wolff.* *Franzius* schol. *sacrif.* Disp. XVII. th. C VI. p. 567.

(l) Pr XXXVIII, 8. 9. 2. Cor. V, 19.

(m) metaph. *Reusch.* s. 941. 942.

(n) sic desinit *Christ.* *Wolfius* theol. nat. P. I. s. 1067.

sine duratione successiva, quae omnia sua simul vnoque instanti comprehendunt. Sic omnia decreta Dei in Deo, omnia sua simul habente, simul obvia, quaevis sua simul considerant obiecta, circa quae perfectionibus suis conuenienter versantur. (o) Ex horum igitur omnium nexus, cum hisce perfectionibus suis comparato, vario possibili motu quasi desumit Deus pro bonitate sua summa essentia- li eligendi ac ad existendum determinandi illum, qui ad hoc perfectionis summae quam proxime efformatus est exemplum, quem praeter optima ac perfectissima Deus eli- gere aliquid non valeat. (p) Hac ratione tum ex nexus hu- ius, quem ingreditur satisfactio, existentia, si prostat, con- fici poterit, illum esse optimum, quem absque decreto diuino existere nequeat; tum a priore ex eiusmodi nexus conditione cuiuscum idem dare valebimus, satisfactionis actu existentis, quantum licuerit, ubi naturam plenius exploratam habuerimus. Et sic sub illa conditione, nemini prohibente, satisfactio per reliqua varia sua possibilitatem habet, quem particularem dicamus conditionatam, si Deus si- bimet ipsi pro hominibus, homo simul, satisfacere po- terit.

§. VIII.

D) certa
a) per expe-
rientialm.

Sed quid in hisce amplius perplexis atque incertis sco- pulis ac fenticetis dubiarum haeremus conditionum, rei ipsius existentia, effectibus probata, quem certae possibi- litatis suae causam feliciter agens, viam nobis pandat satis amplam? Laesione infinitae iustitiae peccatis patratam autores suos omnibus orbare bonis, omnibus omnino obruere malis in infinitum tempus s. in aeternum, non ignoramus. (§. IIII. sqq.) Hos esse nos ipfos, merito qui- dem trementes, experti fatemur, nec tamen illi aduersorum omnium, quae in nos cadere possunt, oceano adhuc immer-

(o) id. ibid. §. 497 - 505.

(p) id. ibid. §. 384. 385.

immersi, neque tanta, ut nihil supererit, bonorum penuria laborantes. Quot e contrario concipi possunt, quae nos non premunt, calamitates? Et bonorum, quibus fruimur, quis percensuerit numerum? Vnde vero illa a quibusdam, immo a multis saltim aduersis exemptio, vnde haec commodorum possesse, nisi a Deo omnium bonorum fonte? Eius non beneficio solum, sed misericordia quoque hunc nobis enasci statum dicamus, aliud quiduis promerentibus. (q) Neque aliqua eius cum ratione cogitabilis est misericordia, nisi quam satisfactio, et quae hanc produxerit. (§. III.) Bonitatem igitur perfectionibus ipsius reliquis congrue versus peccatores continuatam hoc nomen in Deo fortiri obserues. (r) Factus sit propterea Deus propitius hominibus, et, hoc quum praeter satisfactionem fieri non potuit, haec illi praesita sit, certo inde colligitur, simulque ex infinito amoris diuini, nobis reconciliati, complexu (§. VII.) eundem non viliora beatitudine aeterna (s) nobis bona destinasse per hanc suam misericordiam inferri potest. Veruntamen neque sic tan- b) per reue- lationem.

- (q) Thren. III, 22. 23.
- (r) Cum suppeditata a S. R. Renfchio met. §. 942. ideam hanc amicissime inspirare animaduerteris.
- (s) que sumnum entis finiti bonum merito dicitur I. c. §. 977.
- (t) euincunt hoc veritates ab hocce laudato saepius auctore in introd. in theol. reu. §. 75. 76. coll. cum §. 40. 41. propositae
- (u) 2 Petr. I, 19. vid. plura de hac re in D. E. Iablonskii *Betrachtungen von dem*

tres in vnica Dei essentia, coessentialis ab aeterno et in aeternum, (x) in hunc nobis finem manifestat, quo medium ex hisce tribus filium Dei, patri ὁμοστοι, agnoscamus mediatorem Deum inter et homines, (y) qui vnione personali sibi adlocans humanam naturam, (z) verus simul homo atque Deus (a), patri sibique ipsis ac spiritui sancto (b) pro nobis agendo (c) fecit satis patiente. (d) Hic habebas tibi esse satisfactionis, a quo ad posse valet certissima consequentia. En possibiliatem satisfactionis particularem certam.

§. VIII.

Inde confit
eiusdem
3) necessitas eiusdem logica porro euincenda, quod iam
nullo fieri poterit negotio, lapide quolibet offenditio
logica;
4) necessitas
theologica. reret. In actuali illa fundatur haec rei existentia, quae hac ratione ex experientia inferri, ex verissimo autem i.e. diuinio testimonio certissimo certius euinci potest (§. antec.). Exsurgit hinc simul *necessitas theologica* satisfactionis, quantum nimur testimonium, ex quo verissime existens efficitur, diuinum esse, praeter et supra naturam editum, certo agnoscamus, et ex efficacia eiusdem experimur.

§. X.

dem göttlichen Ursprunge der b. Schrift, so die Bibel genannt wird,
Berolini. 1741. 8.

- (x) I. Ioh. V, 7. Matth. XXVIII, 19. Plura argumenta legas apud Scherzerum l. c. loc. II. §. XXI. p. 61. sqq. et alios.
- (y) 2 Tim. II, 4.
- (z) Ebr. II, 14.
- (a) Rom. VIII, 5.
- (b) 2. Cor. V, 19.
- (c) Matth. V, 17. Gal. III, 4. 5. Ebr. X, 7. 10. Omnia instar hic est S. R. Göttingen Professoris, C. G. F. Walchii, Fautoris et amici mei honoratissimi, diff. inaug. de obedientia Christi actiuia, aliquot abhinc annis habita.
- (d) 1 Petr. II, 21, 24, 25.

§. X.

Et ex hac institutione superna discere nobis tum a posteriore licet, qualis esse debeat eiusmodi satisfactio, hoc ipso simul nobis ex iis, quae ad eandem pertinent, illucescente (§. IIII. VII.); tum vero talem, qualis esse debet, Dei hominibus placati beneficio actu existere (§. VIII.) colgimus. Satisfactio pro altero apud tertium est illorum pro eodem ab eo, qui eiusdem vices gerere potest, facta praeftatio, quae ab eodem tertius iure suo exigit (§. IIII.). Satisfactio igitur pro hominibus apud Deum eorum in genere est ab homine alio facta (e) praeftatio pro iisdem, quae Deus ab iisdem iure suo exigit. Haec vero sunt, vt lapsum peccanti fugientes, per omne aevum ipsius praecipiti obediendo salutem suam promoueant; vt porro, culpam postquam contraxerunt, poenam eidem luant proportionatam. (§. IIII.) Obedientia illa salubris pro omnisciencia ac sanctitate Dei, eandem qui poscit, ex imo prodeat cordis affectu, necesse est, nulloque interdistinguitur peccato. (f) Poena haec sit infinita, eadem vrget infinita sanctitas et iustitia, et id quidem in eo gradu, vt penitentias patibiles omnium hominum infinitas adaequet. (§. VII.) Quicunque igitur satisfecit Deo pro hominibus, praeftare debuit legi ipsius obedientiam sinceram et plenariam, ac simul dira illa omnia subire, quae poenas omnes omnium

*Qualis esse,
quibusque
speciatim
praefari
debeat, ni-
mirum
a) obedi-
tia erga vo-
luntatem
Dei sincera
et perfecta;
b) passione
poterant
per buias
neglectum
primerita-
rum.*

(e) Reliqua nostra ab ea nos tuebuntur suspicione adserta, tum antecedentia, tum consequentia, ac si hominis sola facta mentione diuinitatem feruatoris nostri, qua sine nulla apud Deum conceptu satisfactio possibilis est, impie migraremus. Hic tantum ea, quae ex proximis antea dictis inferre poterant, exhibere, et, quum praeftatio illorum, quae Deus ab hominibus lapsis iure suo exigit, ad satisfactionem requisita, infinititudinem et per consequens Deitatem satisfactoris determinet, vitare se inuicem determinantia in definitione data voluimus generaliore.

(f) conf. ill. Daries I. c. §. 293. 294. Io. Hoornbeckius Theol. praef. Tom. II. p. 175. 176.

C

omnino hominum continere possunt. Quae duo qualitates duas priores satisfactionis constituant.

§. XI.

Ratio in hisce duabus satisfactionis partibus constituentibus sufficiens reconciliationis hominum cum Deo si inueniri velit, vtraque porro ab homine praestita sit, hic quum solummodo in hoc casu hominis gerere vicem potest, necesse est. (g) Nulla enim praeter hominem nota nobis adhuc alia rationalis easit creatura, animae rationali quae corpus huiusmodi organicum iungat, quarum per utramque partium peccatum fuit, quaeque iuxta hanc rationem factorem; utriusque huius essentialis poenas perdurare simili modo posset. (h) Deinde vero vtraque aliquid comprehendere in una eademque persona flitiae postulatis fat agere valeat pro omnibus hominibus (§. VIII.), quorum alteri parti cuidam pree altera aequalis Dei iustusque amor consulere velle sine ratione non poterit(i). Infinitis igitur hoc praestari debuit actionibus et passionibus, quarum si plures satisfactorum perfusgerentur munere auctores, vniuersusque inde limitatae conciperentur vires, infinitudini oppositae. (k) In uno vero satisfactore infiniti temporis extensionisque infi-

(g) Non occulte idem innuit *Io. Conr. Gorbelins* senior quondam Augustanus in den Augspurgischen Confessions Predigten Orat. I. ad Art. III. Tom. II. p. 539. Inde *Cyrillus hierosolymitanus*: Si incarnation non est vera: nec redemptio erit vera. conf. *Bosacci Moral.* Ged. p. 179.

(h) Hypothesis enim, qua angelis corpora tribuunt, 1) probabilis tantum, non certa; 2) corpus aequale cum humano non adfignat. vid. *Humphr. Ditton* in euictione verit. Christ. rel. ex resurrect. Christi Anglice exarata p. 712. sq. vers. germ.

(i) Prolixo de hac re b. *Fridem. Bechmannus* in diff. de vniuersitate mortis Christi 1669. aliique.

(k) Patet idem ex ratiocinio pro vnicitate Dei constructo a *S. R. Reusch* met. §. 861.

infinitae actionum atque passionum, quae conceptu non sunt simul in eodem possibilia, infinitus eorum, quae agit atque patitur, per eiusdem naturam valor existens vicem suppleret tantummodo potest. (1) Hunc tribuere actionibus atque passionibus alius cuiusdam, nisi illius, qui Deus est, et hac infinitudine naturae gaudet, nequueris. Author ergo eiusmodi satisfactionis Deus esse debet, (m) qui cum simul hominis per antecedentia praeditus natura a nobis, ex ratione subdata, requirebatur, in eodem Deus et homo vniatur necesse est. Id quod, unus tantum quem satisfactione dari possit per prius demonstrata, fieri non poterit, Deum et hominem nisi in unam coalescere personam fuerit possibile. Quacunque enim suffultus diuina vi, humerus non nisi pro seipso obsequium praestare, et ad summum unius hominis aeternas, aeterne luendo, sufferre poenas posset, neque vero alterius simul in obediendo vice gerere, neque infinito valore extensionem ac proportionem actionum ac passionum adaequare plurimum. Possibilis igitur nisi Dei et hominis unus personalis fuisset, totam fuisse impossibile, quae hac sine conditione nulla extitisse potuit per antecedentia, satisfactionem, neque igitur existere eandem, relinquitur, quum non existere queat impossibile. Antea vero conuera eandem existere demonstratum fuit; (**S.VIII.**) per consequens ipsa non solum, sed omnia quoque, quae eandem conficiunt, ut fuerint possibilia, consequitur. Unio igitur Dei et hominis in eadem persona, quae ad hanc satisfactionem tam necessaria esse concipitur, existere possit, modum licet existendi captum nostrum longe excedere fateamur, haec omnia probant. (n) Ex qua meditatione

C 2

fequen-

(1) vid. Höpfnerus diss. de satisfactionibus.

(m) Ebr. VII, 26. vbi τὸ ὑπόλετος τὸ ξωτικὸν γενέσεος per vim phraseos et contextum nil, nisi αὐτός, neque ἀρχιερεύς, nisi satisfactorem expiantem, significare potest.

(n) Quae qualis concipi debeat vid. ap. Abr. *Calonium* in synopsis con-
trou. iuxta Aug. Confess. Art. III. Sect. I.

sequentes tibi formabis prioribus addendos satisfactionis nostrae characteres; pro omnibus hominibus; per hominem praefari debuit; infinito prorsus valore praedita sit; Deus fuerit satisfactor; idemque unicus; unica haec persona Deum et hominem comprehendenter.

§. XII.

Sic iuxta scripturam Talem reuera comparatam esse satisfactionem, quam exponit supernaturalis diuina reuelatio, cuius dictamine, *Iesu Christi* eam actu praestitam esse, ex amoris diuini consilio exploratum nobis est. Decretum antecessit ab aeterno, illudque eandem eiusque fructus semper concomitatur, in Deo non mutabili, non successivo, (o) omnia, per consequens pecaturos quoque homines, praeuidente, (p) amorisque et misericordiae affectu erga homines animato, (q) In tempore hoc exceperunt vaticinia et praefigurationes, hanc rei ponentes imaginem formamque, quam ipsa res actu postea existens expressit. (r) Complementum denique haec ipsa tum possibilitatis, tum praeunitorum suorum prefatio tempore accepit. (s) Venit Iesus Christus (t), in mira iamiam conceptione sua, unus pariter conditione supernaturali, (u) ac vi sua diuina Deus probatus, (x) homini iunctus; (y) statim ab incunabulis sapientissime probissime que egit, (z) simulque filius, patris hominumque salus declaratus

(o) I. Petr. I, 18, 19, 20. conf. Io. Müller Athiesm. deuict. c. II. p. 84. b.
Scherzer. l. c. loc. II. §. 4. ξ. p. 37. 38.

(p) PI. CXXXVIII. 2. 5. Io. Gu. Baierus comp. th. pos. P. I. C. I. §. XV. (h)
p. 161.

(q) Io. Gerhardi Loc. Theol. loco de elect. et reprob. n. 205. Balth. Meißneri Anthropol. d. II. qu. 2. th. 5.

(r) egregie, hoc quomodo per declarationis, sensim sapienterque auctorae, factum sit gradus, exponit Ioach. Langius in oecon. salutis, membr. V.
Art. I. n. I. p. 168.

(s) Gal IIII, 4. (t) Eph. II. 17. 1 Tim. III. 16.

(u) Luc. I, 35. Matth. I, 18. 20. (x) Luc. I, 43. 44.

(y) Ebr. II, 14. (z) Luc. II, 40. 52.

claratus est (a) Quae de eodem concepta idea in dies maiorem adsequuta est evolutionem, quo propius ad functionem, quo diutius in functione munieris ipsius progrediebatur. (b) Hoc cum obsequio erga patrem inculpatissimum ad mortem usque contumeliosissimam et acerbissimam optime defunctus est, neque, hanc postquam superauit, in statu glorio-fiore ob sanctitatem diuinam contra ea, quae poscit diuina lex, deliquerit legitur vel concipi potest. (c) Muneris vero praecipuum quandam partem patiente expletuit, cuius passionis nullum, quod non hominum gratia suscepimus esset, cogitari cum ratione momentum potest, in fontissimum in sensu strictissimo quumpati mala physica, permittente Deo, concipi nequeat, nisi pro altero eadem in se suscepit. (d) Sic per totum carnis suae diem passus est; ipse eximationis status vniuersus passionem nobis exhibit; (e) contemptu, penuria et paupertate pressus (f) multos animi angores pertulit; (g) multa in corpore suo debilitatis sensae ac doloris documenta edidit; (h) multis hominum conspucatus calumniis fuit ac vituperationibus; multarum violentiarum periculo expositus fuit, quas tamen evanescit gloriose, (i) usque dum, diuino sic iubente consilio, luctae letalis prope confessus vi, mortemque inde vix effugiens metuendam, ad hanc per violenta inimicorum consilia, sententias atque manus promotus est cruentissimam, (k) sub qua passione vniuersa et morte pro tollenda ipsum hominum pernicie defudasse atque pro restauranda eorundem salutem, a nobis porro demonstrandum est. Vni-

C 3

cus

(a) Ioh. I, 15, 18. Luc. I, 32. II, 10. fqq. 30. fqq.

(b) Luc. II, 47. III, 22. 23. IIII, 3. 9. 22. 34. 41. V, 8. 26. et sic poterit.

(c) Matth. V, 17. Ioh. IIII, 34. VIII, 46. Phil. II, 8. Ebr. VII, 26.

(d) I Io. III, 5. Ebr. VIII, 26. I Petr. II, 21. 22. 24. 25. Gen. XVIII, 25. XX, 4.

(e) Luc. III, 22. 24. (f) Matth. 8, 20.

(g) Io. XI, 33. (h) Luc. II, 21. Matth. III, 2. VIII, 24.

(i) Luc. XI, 14. fqq. XV, 2. Matth. XI, 19. Io. VIII, 48. fqq. Luc. IIII, 28. 29. 30.

(k) iuxta narrationem concordem quatuor euangelistarum.

cus est satisfactor (l) talis infinitus, (m) in cuius satisfactione se adquieturam esse declarauit infinita numinis iustitia. (n) Neque potuit expectari alia satisfactio a satisfactore Deo et homine, quam quae pacatum Deum redderet, hominibusque esset proficia. (o)

§. XIII.

*Vnica ergo
haec vera,* Omnibus itaque satisfactoris apud Deum pro hominibus insignitus characteribus, quos tum in eodem rei natura postulat (§. X.XI.), tum vero praedictio diuina; immo vero complemento satisfactionis suae praesagiis diuinis de iis, quae circa satisfactionem acciderent, ex aucte respondens (p), satisfactor ostensus est verus, quemlibet alium, idem esse gestientem, procul abesse iubens (q). Id quod consummatam, iuxta proprium ipsius testimonium (r), esse satisfactionem pro hominibus arguit, nec ante, nec post eundem veri nominis esse, qui cunque a seipsis vel aliis iactati sunt (s), vel adhucdum iactantur vel expectabuntur ab incredulis (t), mundi sospitatores (§. XI).

§. XIV.

*obedientiam com-
plexa aucti-
uam et passi-
tum; auctus
ergo expia-* Toti enim hic legi diuinae et omittendo et commit-
*tiam com-
plexa aucti-
uam et passi-
tum; auctus
ergo expia-* tendo praeftans perfectum obsequium, omnia quae vetera illa, exacte fugiendo, omnia, quae imperat, exequendo obe-
*tionis et re-
conciliatio-
nis;* (l) 1 Tim. 2, 5. 6. (m) Ebr. X, 14. XIII, 8.
(n) Act. X, 43. (o) Rom. V, 8. sqq.
(p) Luc. XXIII, 46. 47. Ebr. X, 9. coll. P. XXXX, 8. 9.
(q) Act. III, 10. 12. (r) Io. XVIII, 30.
(s) quales, Christo praesagiente Matth. XXIII, 5. 24. 25., apud Cretenses A. C. CCCXXXIII Moses quidam teste Socrate H. E. I. VII. c. 38. et saec. post C. N. XII decem (vid. Heinri. Kirchen Historie nach Hübners Methoden Tom. I. p. 1237) posteaque varii, ignominia multo que damno morteque non raro poenas temeritatis impiae dantes, extiterunt. (t) praecipue Iudeis.

obedientiam pro hominibus Deo actiuam exhibuit. (§. X. XII.) Mala simul, quae sustinuit, ea sunt, quae transgres- foribus legis suea diuina minatur iustitia, quaeque, tamquam tales, commeruit ex postulatu diuino totum genus humanum (§. IIII. VII.); et hisce obedientia eius passua pro hominibus absoluitur. (§. X. XII.) Vtrumque ita perfecit, et inter se coniunxit, vt simul vtrique, temporis licet commenso momentis, infinitum adiungeret per Deitatem valorem. Sic ille solus vere pro hominibus iustitiae infinitae, vti potuit, satisfecit. (§. XI.) Quo, quatenus peccata hominum deluit, expiationem, quatenus gratiam reparavit, reconciliationem eundem praestitisse Deumque placasse hominibus dicimus.

§. XV.

Addas porro finito, quidquid volueris; hoc nisi fuerit *pro omnibus praestata hominibus* infinitum, per vtriusque naturam illud infinito commensurare nemo poterit (v). Homines omnes simul sunt finitum tamen numerum tantummodo constituunt, quum omnes et singuli finiti existant. Infinite igitur semper extra totum eorum complexum pater cum omnibus, quae ad eundem pertinent, quicunque fuerit infinitus. Talis est satisfactor Deus (§. XI. XII.). Neque igitur omnes omnino homines omnibus, si vel incorrupti mansissent, actionibus suis iuxta legem diuinam, neque passionibus suis, licet non finiendis, praestare tantum Deo potuissent, quantum unicus ille suarum praestitit infinito valore (x). Quodcumque autem alterius excedit limites, illud alterum, quantum vtriusque permittit natura, comprehendere potest, et si ad multitudinem habeatur respectus, surrogari eidem Iesu Christus hominibus satisfactor a Deo datus est (§. XII.); a parte Dei misericordia, quae haec decreuit, ae-

(v) ^{a posteriori} iam hoc ex infinti entis vnicitate et indivisibilitate (S. R. Reysch. Met. § 857. 861.) confit.

(x) ne quidem, si adhuc integra illorum res esset, multo vero minus inquinati et viribus ex corruptela naturali carentes. Ps. XXXXVIII, 9. LIII, 3. 4. Ergo *εἰς μίσγοντος ἡπική τε λαζ* Ioh. XI, 50. 51. 52.

qualiter omnibus sese distribuit hominibus; (§. XI.) non solum igitur ipse curam gesserit necesse est, omnes ut fieri possent satisfactionis participes (y), sed etiam, quo minus Iesus Christus, agendo atque patiendo cum infinito valore pro iisdem satisfaciens, Deus utpote infinitus, finitum eorundem omniumque, quae finite agere patique omnes iidem alias debuissent, concludat numerum sua satisfactione, nihil impedit; immo vero superare eundem perspicitur (z).

§. XVI.

Satisfactio- *mis scopus;* satisfactoris amor, qui sese haecce pro nobis praestitum remoto maturum; *bo-* Deo libere obtulit (a), operis stupendi minime deterritus norma recu mole: multus tamen ad hanc laudes iuste efferendas in peratus fe-nobis desiceret stimulus, illum nisi attigisset scopum no-
ficitatis re- bis salutiforum, quem attigisse spondet tum satisfactionis *stitutio.* idea, tum vero ipsius declaratio numinis. Satisfactione tertio cuidem pro altero praestanda, supponit, *primo,* tertium illum huic alteri sub certa conditione definita bona, quae per naturam oppositorum opposita ab eodem mala abarc-
rent (§. VII.); *secundo,* alterum huncce conditioni imple-
dae desuile, bonisque sic priuum malis esse permisum,
insta tertii illius merito indignatione, huius si fuerit capax,
augendis (§. III. VII.); *tertio,* hunc contra praescriptam conditionem delinquentis esse statum, ut conditionem neque omnino, neque tam perfecte, quam a praescribente exigitur, post eiusdem violationem denuo exequendi viri-
bus polleat sufficientibus; *quarto,* hoc nisi a se vel alio fiat perfecte,

(y) Act. IIII, 12. 1 Tim. 2, 3-6.

(z) inde gratia, a Christo parta, et in Christo manifestata, ratione peccati dicitur. Rom. V, 15. 17. 20.

(a) Scotus L. IIII. dist. XV. qu. I, vbi contrarium, ex primitiva, obligatio-
ne vel coactione oriundum, satispassionis magis ac satisfactionis
nomen mereri contendit.

perfecte, et simul amoris tertii contemtus vindictam proportionatam experietur, illi, qui deligit, bonorum iacturam, malorum sensus manere, quod infelicitatem illius efficit (§. VII.); *quinto*, ex opposita positione ratione, illa si a se vel ab alio cum perfectione, a tertio desiderata, praestita conditio, poenaque delicto conformis exantlata fuerit, a malis liberationem, bonorum restitutionem hunc inde consequuturum esse. Hoc enim si obtainere plane non posset, nullus satisfactionis usus; damno vero potius dicenda eset, defectum boni, cum

- lumque malis ex altero, cui nihil inde auxilii, in alterum transferens; si tantum ex parte, non eset satisfactio (§. IV.).

Satisfactio igitur ob hoc praestatur; ob quod aliquid est, illud huius est scopus (b); vnde scopum hunc esse satisfactionis duplarem cognoscimus, quo malis suis, qui officio suo defuit, eximatur, bonisque, quae perdidit, iterum potiri poshit. Quae bona malaie si fuerint vera et perdurabilia, hunc tibi generalem scopum concepias, vt ille, pro quo sit satis, felicitati suae amissae restituatur, quae tum ipsa infelicitatem propulsat, tum in huius remotae locum suapte succedit (c), utrumque efficiente simul valore satisfactionis.

§. XVII.

Mirum profectio nemini absque ratione videbitur, quis *Obtentus*
in satisfactione, ab optimo seruatore pro nobis *praestitio-*
ta apud Deum, eundem assumere scopum nollet, qui a pu-
rioribus sacris adeptus nomen audire cupit. Deus creator
hominem cum reliquis creatis ratione gauis producens
hunc finem habuisse negari non poterit, vt amore suo,
si ab eodem, rite hoc vrente, i. e. Deum animo factis
redamante, et abusu, i. e. factis odium aduersus Deum de-
clarantibus, abstinentre illustraretur, in eiusdem felicitate
illustrando, eundem bearet (§. VII.). Conditionem illam,
quam adimplere, si vel hoc illis gratiosum possum non fuisset

(b) Reuschii Metaph. §. 270.

(c) ibid. §. 458.

set praemium, tenebantur (d), protoplasti et, in iisdem per imputationem (§. IV. VII.) omnes eorumdem negligere posteri. Duplicem ita culpam eosdem contraxisce dixeris, duplice multitudinem poena, amoris nimirum diuinorum suaequae simul beatitudinis iactura, et calamitatibus positius, quae tum ex illius amissione, tum ex officii neglegentia et amoris infiniti contemptu, ab infinita puniendis iustitia, necessario relinquuntur. Haec infinita iustitia ponarum harumque pariter insert, ac prius amor infinitus bonorum homini destinatorum, pro capacitate eiusdem infinitudinem. Vtraque in perduratione entis successui, quale est homo, infinitudo conditionis suae rationem habet. Haec hominis inuoluit felicitatem; illa infelicitatem. Priorem igitur amisit; in hanc delapsus est. Restitui illa, propelli haec ab eodem, nisi placato ex ase numine infinito, non potuit (§. §. cit.). Satisfactionis existentia fieri potuisse demonstrat, vt, quum ipse impar huic esset negotio, alias, scilicet Christus, conditionem ab eo neglectam iuxta voluntatis diuinae rigorem exequeretur, et aduersa promerita passionibus sustineret aequipollentibus. Ita factum esse tradit reuelatio (§. VIII. XI.). Factum igitur in hunc finem sit, vt aduersis hisce liberaretur, bonaque in illum remearent, per consequens, vt illius repararetur felicitas, in aprico est (§. antecd.). Quem igitur teneas scopum satisfactionis Christi, generalem nimirum, vt redeat pristinus status, qui Deum homini amicum iungebat, et ex hoc felicitatis omnis fonte in eundem queuis bona, malorum omnium expertem, descendere faciebat; *speciales* vero huic subordinatos, vt mala, quibus puniendus erat, procul ab eo faceant; vt bona, quae amiserat, ipsi denuo

(d) Ex titulo subordinationis moralis, vid. *Meisneri philos. sobr.* P. L. sect. II. quæst. gen. n. 5. 6. p. 437. sqq. Hinc Mich. VI. 8. iuxta מְרַחֵב מִתְהָיוֹת וּרְשָׁמֶן ab homine requiritur מְרַחֵב מִתְהָיוֹת וּרְשָׁמֶן, atque licet in uno conueniat utrumque.

denuo redderentur. (e) Satisfactionis Christi qualitas, qua
hoc efficit, ad meritum illius pertinet, quo ratio nobis
indicatur, quae libertatis nostrae a malo et frutionis bono-
rum omni Christi actioni atque passioni inest. (f) Quod
vero s. reu. Theologi Helmstedtianes ad solam non modo
obedientiam actiuam eoque factam bonorum recuperatio-
nem sine dubio restringere voluere, distinctam illis ab ex-
piatione, quam aduersorum perpessione eaque effecta poe-
narum sublatione absolutam esse cum iis contendunt, quos
adprobant, sed his etiam inuitis satisfactioni certum exi-
inanitionis momentum tribuerunt, ita ut per eandem totam
se extenda meritum. (g).

D 2 §. XVIII.

(e) 2. Tim. I. 10.

(f) Alter concepisse illud b. Io. Frid. Koenigium, verba eiusdem in Theol.
posit, acroam. §. 220, p. 151. arguunt, quas hoc transcribere luet:
„Non coincidunt, inquit, Christi SATISFACTIO et eius MERITVM.
„Illa respectum habet ad iniuriam compensandam; hoc ad mercedem
ingratitudinem adquirendam peccatoribus. Illa in ordine ad meritum se-
habet instar causae; hoc instar effectus. Illa ipsi SSae Trinitati, non
nobis, facta est; At non ipsi SSae Trinitati, sed nobis meruit Christus.
ACTVS EXINANITIONIS SATISFACTORII ET MERITORII SI-
MVL SVNT; at aliis exaltationis solam meritorii sunt. In quorum vi-
timis lubenter adquiescens, quid de prioribus sentiam, declaraturus
sum sequentibus.

(g) Hac enim ratione in plus una vice citata appendice Rathleiana
mentem suam explicant coh. XII. Worauf wir unter nochmals wohl-
bedächtiger Beurtheilung mit gesamnter Übereinstimmung befunden,
nachdem der Auffatz sub Nr. XI. - - - das Verdienstliche so wohl,
nicht minder das Versöhnende bey dem Werke der Erlösung stäglich
unterschieden; und auch vor den übrigen Stücken vorzüglich aus ein-
ander gesetzt, wie sich das Verdienstliche durch den ganzen Stand der
Erniedrigung Christi erfrecket habe, zu dem Versohnenden aber ein
gewisser Zeitpunkt erforderlich werde; - - - daß istbanum Auffatz sub
Nr. XI die Praemie nach unserm Dafürbästen zu bestimmen seyn
mögte. Contra quem scripti sui sensum traditum auctor maxime
reu. Meierus protestatur schedula peculiari, Rathleio transmissa,
quam ille ibid. col. 14. fide exhibet, in qua hanc se exensionem
non meriti, in obedientia solummodo actua a se collocati, a sa-
tisfa-

§. XVIII.

Vterque vero in tota satisfactione ubique simul obuius; nec haereamus. A merendo deductus et ibi locum dubio prouisus nisi distinctione rationis differens. Concedimus facile, in puncto, quod dicunt, rationis hosce satisfactionis Christi a se inuicem separari respectus, et si quoad terminum meriti, hic num intra hosce continetur angustos pro significatu suo consueto limites, dubium inuenit, vbi agens vel patiens aliquis mala eo ab altero auertere valet. Hoc tantum moneamus, distinctionem hanc solummodo esse posse rationis, non vero realem, quasi certis satisfactionis momentis liberatio a malis, aliis vero reparatio felicitatis tribuenda exclusive esset. Nam si vel hoc deducimus lubentes, obedientiam Christi actiua propius ad bonorum recuperationem accedere, passiuam vero ad propulsationem malorum: illa tamen, quum omisssia ab hominibus suppleat, itidem poenas, omissione officiorum promeritas, ab iisdem depellit; et haec, vbi supplicia, quibusuis destinata hominum peccatis, suffert, impedimenta, quibus quasi obstrictrus ex iustitiae ntu atque rigore amor divinus fese peccatoribus impertire non potest, ad hoc per se alias proculius, remouet. Omnia igitur singulaque momenta et rō meritorum et rō expiatorum in satisfactione Christi vindicare sibi poterunt. (h)

§. XVIII.

satisfactione seu expiatione inseparabili, sed earum tantummodo actionum et passionum reliquarum Christi defendit monet, que peculiares nostros usus concernunt. Quas ideo distinxisse eundem et a satisfactione et a merito Christi clarum est, quod ex ipso scripto supra allegato pluribus colligere licet. §. 18. sqq. 25. sqq. 29. sqq. 45. 46. 47. quos excipit §. 48. de morte Christi, non parte, sed consecratio tantum et sigillo satisfactionis s. expiationis nostrae apud Deum, ab ipso praefitae.

(h) De merito Christi hoc assertit B. Hülsemannus Man. Aug. Conf. disp. XVIII. p. 940. illud tam in legis impletione, quam in morte eius considerere. Perpendas itidem, num aliud quid per rō casū rō alio autē aīo rō aīo Matth. I. 21. intendi, aliaque ratio

XVIII.

Attigerit si quis omnem rei scopum, a producente eandem intentum vsum ille simul et fructum eiusdem praefititet. (i) Vnde quinam sit fructus satisfactionis Christi, ex antecedenti bus facile erit cognitu. Restitutionem humanae felicitatis effectam, immunitatem hominum a culpa et a poenis, tum naturalibus, tum positius, abundantiam apud ipsos bonorum spiritualium et corporalium in hac et altera vita, vel me non momente eundem esse dixeris. (§. XVII.) Cuius vero fructio in huius, quemadmodum et in aliarum rerum vnu contingit, nemini, nisi rei naturae eadem ac conditionibus, a praescribere valente praescriptis, congrue vsum fuerit, promitti potest. Fidem iam, (k) a supernaturali gratia Dei productam (l), contritione praeparatam animi, (l) ex cognitione eorum, quae de satisfactione nobis reuelauit Deus, via (n), ad sensu comite stipata indubio, (o) et fiducia, sibi eandem propriam iudicante, (p) consistentem, factisque plus declaratam (q) hic rei natura requirit. Quid enim es-
Satisfac-
tionis
vhus; qua-
sub condi-
tione ei per
quaenam
media a
nobis per-
cipienda

D 3

fet

ratio τε κανχζθαι είν το Θεύ διά κυρίας ήμων Ἰησού Χριστού, διότι τον καταπλαγήν ἐλάβεις Rom. V, 11. εἰς δὲ λογίην δὲ μέσου σωθεομένων, καταδικώντες διά δικαίου αὐτοῦ, vers. 10, 11. inueniri possit, ac quod iisdem satisfactionis momentis, quibus nobis promeruit gratiam Dei salutis recuperator, etiam nostra tulerit peccata, quo ab iisdem liberaretur et v. v. Addas huius capituli v. 18., vbi δικαιωτις λογίης, i. e. affectio libertatis a culpa et poena ad asequendam vitam aeternam διά οὓς (Χριστού) δικαιουατος, i. e. per Christi post praefitam summam obedientiam et perduratas omnes hominum poenas, ramquam, vadis, solutione data, coram Dei iudicio absolitionem, et v. 19., vbi διό κατατάσσαι τας ποιεις (comparative cum ποιεις κατατάσσειαι απαρτοῦσι) δικαιου διά της ινταριας της οὓς (ταραχοῦ οὓς alterius οὔτικεις Μήνης) eodem sensu factum esse dicitur, conf. v. 22.

(i) Intentum probe notes intelligi vsum. Alias enim finis et vsum differunt. *Reusch, Metaph.* §. 273.

(k) Io. III, 16. Ebr. XI, 6. Io. Musaeus de conuers. Disp. III. c. II. §. XCII. p. 144. (l) Rom. I, 8. (m) Act. XX, 21. I Tim. I, 12, 13. 15, 16. (n) I Thess. II, 13. (o) Gal. II, 20. (p) C. V, 6.

set, leui animo cogitare de Deo peccatis ad iram prouocato, nisi denuo illum ad iram excitare? Quid vero aliud agunt, qui peccatorum suorum contemplatione vel tamquam minus supersedent necessaria, vel sine moerore viuido per fungi queunt? (q) Quomodo eiusmodi homines ob satisfactionem veniam sperare delictorum possunt, qui quodvis peccatum infinitam laedere iustitiam, iam vero reclinatum ad nos amorem aeternum eo grauius contemnere sciunt, et nihilominus iisdem delectari adhuc non verentur, quamdiu in hac mente persistunt, nouae nisi, quae vero vana est, satisfactionis expectationem moliantur? (r) Minusne laederetur amor diuinus, eiusdem si sperneres ignorans, pronon vera haberet, ad te pertinentem non crederes, hac ratione tibi promissam non persentisceres institutionem avim salutarem (s)? Et quomodo quaeſo hoc credas tibi fore saluti, quod ad expianda delicta tua, ad promerendam tibi felicitatem praestitum est, hanc ipse si factis annihilare improbis, illis si consecraria mala in teipſum congerere omni niſu ſtudes? Pura igitur ac fructifera fide credentibus ad finem uisque effectum folis falubrem satisfactionis experiri perfecte licuerit (t).

§. XX.

Vnde illius in hac vita imperfatio, tum a malis moralibus; tum a physicis dependens. Restat nobis adhuc in hisce de satisfactione meditationibus generalioribus, inſtituto nostro praemittendis, dirimentum, licet proprie ad hoc non respiciat, unicum, qua propter breuibus modo illud cum ratione extricandi idem ex difficultate sua hic proponimus, quae optima veraque nobis vifa fuit. Ab omni nos redemisse malo, omnibus nos cumulasse, quorum sumus capaces, bonis, pristinam nobis restituisse felicitatem, et hoc pro muueris fui ſemel recepti

(q) Vid. haec de re patrum dicta ap. Iof. Arndiam lexic. antiqu. eccles. p. 281. (r) Ief. I, 15-20. (s) Luc. XII, 47, 48. Ioh. XV, 22. (t) Apoc. II, 10.

recepti ratione efficere debuisse satisfactor noster maximus dicitur. (XVII.) Vnde vero tot mala, quae, in mundo praesenti reliqua facta, hominum excruciant animos? vnde tam frequens inter illos bonorum defectus? In subsidium hic vocari debent, quae de scientia media supra dicta sunt, eiusque ad declarandam imputationem lapsus Adamitici ope collata (§. IIII. not. m.). Minima, quae potuit, in nexus optimo rerum finitarum, a se condendo, mala particularia diuina permittere debuit ac voluit bonitas et sapientia. Quae permisla esse dicas, vbi parentis primi delictum reatum imponere efficit posteris, de quibus praeuidit numen omniscium, eos itidem concreatas perdituros esse perfections, si illis forent. Permissa e contrario maiora dices, vnicuique hae si collatae et ab ipso culpa sua grauiore forsitan amissae forent. Sic a nativitate peccaminosi, saperenter insuper iisdem relicta libertate naturali eligendi inter bonum et malum, ad hoc propensiores, et absentiae bonorum et ortus malorum, quae peccatorum sunt confessaria, ipsi fiunt autores. Haec naturae illorum vniuersae corruptela si vel in hac vita, ob varias alias viuenda rationes, funditus extirparetur, recursura visa fuit praefentienti omnia intellectui infinito. Reliquit igitur illam sufficientem persistitem, gratia quam peperit satisfactor, sufficiente semper domandam, (u) vsque dum vinculi animae corporis, huiusque partium minimarum nexusue illarum solutione ac redunitione anima, sanguine Christi plenius depurata inque bono obsfirmata, redeundi ad corpus, nullis peccati foribus infectum, locum inuenerit. (x) Sic tandem non solum reddit per hanc satisfactionem perfecta felicitas, mali absentia, bonorum abundantia, sed eluctandi ea ratione ex huius vitae quibuslibet miseriis adeo nobis per eandem offeruntur et conferuntur vires atque solamina, vt si

(u) Phil. III, 13. 2 Cor. XII, 9. I. Io. II, 13. 14. V, 4-5. (x) Job. XVIII, 26.

si vel nostra nos prensarint culpa, nihilo easdem minus per conuerctionem veram in vera nostra commoda conuertere, suoque ex eisdem emergere tempore salui possimus. Immo vero nobis, a carnis mundique amicicia alienis, hos abigendi a nobis aduersarios, vitae tranquillioris ope nos sopire conatos, instrumenta seu occasiones evadunt, (y) honorique nobis ducuntur merito, iis quippe Christi premimus sacrata vestigia, vsque dum, iisdem penitus erexitis, nobis gloriam aeternam cum ipso ingredi per meritum ipsius licuerit. (z)

SECTIO III.

DE

EXTENSIONE PASSIONIS CHRISTI EXPIATORIAE PER TOTVM EXINANITIONIS SVAE STATVM.

§. XXI.

Nitimus quidem in vetitum omnes, cupimusque negata. Ast mentem nostri ipsorum intendentes considerationi, in nobis itidem vetari negarique obseruabimus, in peccatum naturae, quae non solum inscripta animo nostro, a Deo naturae auctore, verum etiam reuelatione diuina confirmata deprehenditur, diuinaque auctoritate ornata luculentius, ita per conseq. ut ex hac dupli ratione adpellari simul diuina vtraque aduersaria meretur. Haec vero non sine illis. Vox eiusdem, sano sumta sensu, quae, perficiamus nos, iubet, eas ergo hominibus omnibus ac singulis actiones internas injungit et externas, qualibus perfectionem suam veram, siue hoc fiat immediate, siue mediate, promovere valeant. (a) Non potest non haec praecipiendo prohibere

(y) Ps. 94, 12. I Cor. XI, 32. Ies. XXVI, 16. Ebr. XII, 6. fgg.

(z) I Petr. II, 19. 20. 21. Rom. VIII, 17. 18.

(a) Ill. Daries I, c. 5. 143. Mich. VI, 8.

hibere agentes ab omni, quidquid perfectionem pree-
dire vel destruere, et per consequens inuehere imperfectio-
nem potest. Imperfectio omnis, quae non, quemadmo-
dum metaphysica, limites solummodo nostras significans,
ex natura nostra, qua tali, resultat, mali potiore iure no-
men sortitur. Quamdiu ergo quis legi naturali et diuinae
egerit perfecte conuenienter, malo obnoxius sua culpa non
fuerit; e contrario hoc illum ex sua culpa persequetur, vbi
migrare non erubuerit hanc legem. Legis haec violatio di-
citur peccatum; (l) malumque, quod ex legis neglectu con-
sequitur, nullo interveniente tertio, poena audit naturalis.
Malo igitur nullo, tamquam poena naturali, adscicetur, qui
non commiserit peccatum. Quum ex aduerso peccans
quisque poenam peccati sui non effugere queat naturalem,
hoc ipsi potissimum ex rei natura et relatione ad seipsum
accidit. Praeter hanc vero in seipsum praeuaricationem,
Dei simul, legem ipsius violando, conatur laedere iura, qui,
ne hanc reiteret proteruiam, sibi nociturus ipse, homo,
neque inulta illudi posse suae cogitet sanctitati, malis eun-
dem insuper pluribus permittit. Quae, quia et quatenus
non ex natura actionis, sed ex libera alterius permissione
et quasi positione pendent, poenae adpellari consueuerunt
positiuae, (c) hoc loco a Deo diuinarum adscientes cog-
nomentum. Neque tamen infinite benignum numen, vlli
creaturarum suarum mala ut accident, concedere, multo
vero minus ipsum illa eisdem infligere posset, hac nisi eo
ratione adductum. Hanc sanctitas adprobat; quae itidem
ratio est permissionis poenarum naturalium, naturam rerum,
qua talium, quum non immutet, neque legi a seipso tradi-
tae contradicere velle possit; (d) illud vero amer procul
iubet ab eo abesse. (e) Non est igitur malum ad nos rela-
tum,

- (b) S. R. Reusch. Metaph. s. 1017. (c) Ill. Daries l. c. s. 75. 119.
128. (d) Prou. XIII, 34. Nah. I, 2. Ier. II, 19, 20. (e) Thren.
III, 33.

tum, poena nisi fuerit vel naturalis vel positiva, neque poena, nisi praecederit peccatum. Mala ad nos relata, quatenus cum repugnante animo a nobis persentisuntur, nostraque perfectioni animaduertuntur ponere obstacula, aduersorum denominatione gaudent. Neque ergo aduersa existere hoc sensu possunt, quorum non debeat ex peccato deduci origo.

§. XXII.

In puniendo Insequuntur mala, tamquam poenae naturales, actiones adiut necesses legi contrarias, eademque ob eandem rationem praeter actionum eiusmodi consecutaria a superiore infliguntur poenarum sub nomine posituarum. (§. anteced.) Eundem igitur, qui actionum auctor agnitus fuerit ac cum ratione potuerit pronuntiari, utramque solummodo mereri poenam, in aprico est. (f) Pronuntiare aliquem auctorem peccati, quo poena ob idem afficiatur, imputare eidem peccatum, alio nomine dicitur. (§. IIII. VII.) Quod ergo sine imputatione praevia poenam non inuenire locum demonstrat, quatenus ab aliis dependet iusta vel voluntate, vel concessione. Illud, quod in peccato rationem poenae constituit, reatum in auctore ponit. Est vero illud nil, nisi defecitus rectitudinis in actione vincibilis, quem culpam appellant. (g) Quem ergo contraxerit, cuicunque imputatur peccatum, et iusta sic puniri ratione potest ac debet, necesse est. Hinc quoque sequitur imputationis duo esse momenta; prius, dum auctor quis assumitur peccati, rationem in illo poenae insequiturae adesse adfirmat; alterum ob hanc rationem illum esse puniendum statuit. Vnde duplex quoque ad imputationem peccantis exurgit relatio. Altera ad rationem spectat poenae in peccato obuiæ, eaque *reatus culpa;* altera ad poenae inde auctori pronuntiatio *famam*

(f) III. Daries l. c. §. 120.

(g) Ibid. §. 188.

etiam destinationem, eaque *poenae, reatus* siveuit appellari.
 (§. cit.) Si igitur fieri non posset, aliquem auctorem pronuntiani peccati puniendo, ideoque in eodem assumi reatum culpe, reuera nisi auctor exiterit: idem semper a reatu poenae iudicandus liber eset. Neque igitur poena, per consequens nec malum atque aduersa eidem destinari possent. Hacc itaque passurus ex voluntate superioris iusta, propria semper sua culpa, scilicet ob rationem, quae in propria ipsius actione legi contraria poenae contineretur, eadem pati deberet. (§. antec.)

§. XXIII.

Stet vero haec suis eatenus modo sententia rationibus, quatenus executionem destinatio inseparabilem habet effectum. Qui vero quum, interueniente hoc tertio, variari possit, ubi quis sponte ita in peccantibus se surrogari locum contendit, ut pro auctore ipse peccati loco alterius respiciatur, cui decernatur poena, alterum multatatura, et in hoc consilium superior, cui satisfieri debet, consentiendo descendit: in illa unica poenarum, malorum, aduersorum ratione adquiescere non licebit. Reatum enim sic ille, adstipulante hocce, in se transferri patitur culpe, quem necessario excipit reatus poenae, ut itaque perfecta alieni eidem fiat peccati imputatio. Reatum in se suscipiens cum illius adsensu, qui reum iudicare potest ac debet, simul suam dici culpam concedit, sibique infligi poenas, quas tamquam mala sustinet, tamquam aduersa patitur. Datur igitur et altera poenarum, malorum, aduersorum ratio, nimurum contractio culpe alienae, ob quam perpetienda sunt. (§. III. VII.)

*Vel
aliena.*

§. XXIV.

Subiacere omnia omnesque ideo mundi euentus regi-
 mini numinis, ex huius concipiuntur independentia, po-
 tentia, sapientia ac bonitate summa, mundique finitudine
 E 2

*Vtrumque
a Deo iuste
permitti-
tur et
ac quomodo?*

ac a Deo respectu creationis ac conseruationis dependen-
tia. (h) Eaedem vero diuinae perfectiones, praefertim fa-
pientia et bonitas, omnia quod ita eueniant hac sub direc-
tione, concludere iubent, vt in toto suo nexus defectu
libera, actu vero bona sint. (i) Ex eodem fundamento ne-
que in permissione malorum particularium in hocce nexus
defectum in toto inferre poteris, quum reliquam praeter di-
rectionem permissorum malorum ad bonos fines (§. VII. XX.)
intensio seu gradus boni, quo medela malis ipsis paratur,
magnitudine sua pretiove, vtpote infinito (§. IIII. VII. VIII.).
bonorum, malis non commixtorum, multitudinem adae-
quare, immo superare concipi possit, itemque cum pro his
ce rectoris vniuersi summis attributis, tum pro ipsa mede-
iae, quam praeftitam esse ex ipsius summo nouimus bene-
ficio, praestantissima ratione concipi debeat. Diuina enim
diuini satisfactoris satisfactio virtute sua omnem infinite
nitorum entium excedit limitem, malorumque ab iisdem
propter peccata sua sufferendorum, et honorum ab iisdem
praestandorum; quemadmodum bona ab eodem, malis pro-
fligatis, parta, maiorem longe bonitatis adsequuntur gra-
dum pre illis, quae omnes illarum bonas actiones ex gratia
alias solummodo insequuntur fuisse numinis. Attamen ea-
dem ipsius postulat sapientissima bonitas, quae rerum suau-
rum creatarum nullam non felicem esse cupit, neque contra-
rium, nisi ratione aliberis iisdem suppeditata, permittit, vt
quicunque in peccato rationem poenae, i. e. culpam in se
non admirerit neque suscepferit, immunis a poena, per
consequens a malo atque aduersis perseueret. (§. XXI.).
Extra culpam vero, quae hac ratione vnicula causa poenarum,
malorum seu aduersorum dici meretur, propriam et alie-
nam tertium non datur. (§. XXII. XXIII.) Vnde conclu-
dere liceat, aduersa quemcumque in mundo premunt, pre-

(h) Pf. XXXVII, 3. XCV, 3. I Chron. XXX, 10. II, 12. 13.
(i) Pf. CXI, 2. 3.

mere tamquam reum a Deo iuste iudicatum, seu peccati seu culpa propriae vel alienae imputationis oneri succumbentem.

§. XXV.

Vtrumque vero simul, nimirum et ex propria et aliena culpa quemquam pati, iterum per satisfactionis Deo pro aliis Praestandae infinitum valorem assumi nequit. Ille enim, cui pro se ipso sati faciendum Deo fuerit, hoc, nisi cum finis aeternitatis, cogitatu absurdo, numquam absoluenter, finitus per peccata, ob quae illi satisfaciendum esset, euictus, infinitae satisfacturus iustitiae. Quando igitur pro altero satisfaciendi faceret initium? (§. VII.) Si adsumere volueris, vtrumque simul praestari posse, virium iterum multo magis repugnant limites, quae quoniam et actionibus id efficere finitis et sufferendo infinitae iustitiae effectus recusant, neque pro se, defectu simul peccati laborantes, solo, multo vero minus pro altero hoc peragere sustinuerint. Pro semet ipso igitur nullus; pro altero non, nisi infinitus; per consequens pro se ipso et altero simul nemo satisfactio nem praestare Deo potest. Culpam ergo quoque suam ferre simul et alienam nemo poterit, qua poenas suas alterius ue malis aduersisque perferendi simul ipsi imponeretur nec cessitas. (§. XXI.)

*Neque
tamen in
eodem
subiecto.*

§. XXVI.

Aduersa Christum passum esse historiae sacrae de illo nobis traditae testimonia euineunt, mireque eadem varia fuisse ad mortis viisque testantur catastrophen. Quum iam infinitissimus sanctissimusque fuisse seruator perspiciat per infinititudinem ac Deitatem suam, ipse culpa quadam propriaria laborare minime potuit. (§. XI. XII.) Culpam igitur cum reatu suo alienam, in eundem translatam, has ipsi calamitates excitaſe, conſtat, quum sine villa culpa aliquem miserum esse non contingat. (§. XXI. XXIIID). Eaque homi-

*Hinc
Christus
poenas
aliorum
tulisse
concepitur;
et ovni id
quidem
passione
jua.*

num culpa fuerit, quum homo pro hominibus satisfecit, simul inde datur euictum (§. XI.) Pro quibus igitur omnia sustulerit aduersa, quaecunque sustulit, necesse est, nullo exento. Quicumque, ut tertio satisfaciat, pro altero aduersa, tamquam poenas, suffert, ille eundem ipsiusque peccata expiare dicitur. (XVII.) Vnaquaque igitur afflictionum suarum hominum expiauerit peccata Christus, necesse est. Ex hac quoque ratione praeter rationem fieri concipiatur, si aliqua passionum seruatoris non expiatoria, e contrario vero certum aliquod passionis momentum expiatorium habeatur solum.

§. XXVII.

Scopo huic
passionum
Christi non
obficiunt
alii fines
subordinati.

Euietiae huic minime potest veritati obesse, alii si simul passionum Christi variarum fines locum praeter satisfactionem pro hominibus et vna cum expiatione peccatorum corundem obtainere dicantur, primario fini quippe huic subordinati. (k) Finis enim quum relationem rei ad intentionem inuoluit agentis, (§. XVII.) et haec varia esse circa idem queat obiectum, (l) quo minus et circa afflictiones Christi varia secundario in salutis nostrae oeconomia diuina intenta sint, nihil repugnat. Quae citra omnem collificantur dubitationem, vbi passionibus suis optimus redemptor, quibus Deum nobis reddidit pacatum, iisdem quoque carnis nobis ac amoris mundi, abnegationem et encationem commendare, (m) patientiae se nobis exemplum proponi, nostrisque cruciatis parare solamina, immo eosdem, suppliciorum merito dandorum alias nomen iure suo referentes, in paternas commutare salutiferas castigationes eun-

(k) eluet hoc ex 1 Petr. II, 20. vbi τὸ πάσχειν τὸ Χριστὸν ὑπὲπειπόντος πραeponitur.

(l) S. R. Reusch, met. §. 275.

(m) Rom. VI, 2. sqq. 1 Petr. II, 24.

eundem voluisse (n) aperta sacrae paginae littera edo.
cemur.

§. XXVIII.

Demus igitur licet lubentes, alias ob causas varias cum passionibus configendum saluatori fuisse, neque tamen exinde sequitur, ut satisfaciendi gratia easdem non sustinuerit, neque certa eximi reliquae eiusdem passioni momenta poterint, quibus nulla praeter expiationem ratio mouens adsignari possit. Dicas v. g. mortem vel desertionem Dei, de qua paulo ante eandem in cruce conquestus est, (o) notabile eiusmodi momentum existere: carnem quaeſo mundumque nobis moritura, nosque ipsis, nonne illa praefigurari in scripturis diuinis dicitur? (p) Ergone nulla, mortis horrore contremiscentibus, ex mortis acerbissimae seruatoris sensu solamina? (q) Quis miser, facies clementis Dei cui nubibus obducta atris videtur, hoc se priuari solatio aegre non tulerit, quod, spiritu per verbum duce, ex immani illa, deserti a patre modo nostrum superante captum, tristitia filii, pro nobis haec passi, haurire poterit? (r) Quid vero hocce magis in acutissimis mortisque ipsius durissimae doloribus desperabundos reddere potest inexcusabiles? (s) Quare ergo in reliquis Christi cruciatibus, per totam sensis vitam, (§. XII.) elidi uno corundem fine, et secundario quidem, dices alterum primarium, quem peccatorum expiatio et meritum constituit (§. anteced.)? Praecipius

*Neque
igitur eo
uni earum
denegari
poterit.*

(n) Ebr. XII, 1, sqq. in quibus omnibus scripturae locis rite penitatis ^{et} expiatorum primo loco commemoratum inuenieris, relicto fini alteri loco secundo.

(o) Matth. XXVII, 46.

(p) Col. II, 20. cfr. iterum v. 13. 14.

(q) Luc. XXIII, 46. 1 Theſſ. IIII, 14.

(r) Marc. XV, 34. Io. XVIII, 28. 30. Ief. XXXXVIII, 14. sqq. LIII, 7.
Ebr. XIII, 5.

(s) Ebr. XII, 2. 3. 4.

cipius itaque hic ac principalis finis omnium passionum Christi manerit. Ad id enim ita ante omnia missus erat, (t) ut si illud non postulasset, hoc passionis ipsius beneficio supercedere potuissimus. (§. III. VII. VIII.), immo vero, quod a veritate minimum abludit, eodem, summo cum miraculo incarnationis coniuncto, miracula non multiplicante praeter necessitatem sapientia diuina, (u) neque iustitia inculpatum pati permittente (§. XXI. XXIII.), usiactu non fuissimus. Minus vero, principales reliquos huic principali sapientissimus numinis erga nos fines iungere voluit amor commemoratos, et, si qui fuerint, alios, quod ex eiusdem infinitudine ac superabundante plenitudine declaratu fuerit facillimum.

§. XXVIII.

*Ipsa
exinanitio
continuum
passionis
statum
inuoluit.*

Illum autem praesertim circa passiones Christi quasi principalem intentum fuisse finem quum defendere nostrum sit, iuxta quem omnes expiatoriam tenent rationem, vbiunque Christum aduersa sustulisse legimus, expiassim dicimus. Iam vero non ab isto solummodo termino, quo per inumbrationem vis diuinæ in vtero illibatae virginis homo factus est, ad hunc, quo, elusa mortis hostiumque protestate, vacuum sepulcri sui locum reliquit, mala innumera eundem concomitata esse, ex narratione sacra percipimus, sed ipsa adeo exinanitionis idea passionem continuam, quamdiu duravit, inferre a primo statim obtutu deprehenditur. Quid enim pati in sensu physico, prout hic sumitur, nisi defectu laborare bonorum aque malis aduersisque impugnari atque premiri. Et quid sibi velle potest aliud, quod Christum exinanitum audiamus, diuinæ formae vsu quum sepe per tempus co abdicarit, bono sane non minoris præstantiae, obedientiamque præstiterit ad crucis usque mortem,

(t) Matth. XVIII, 11. 1 Tim. 1, 15.

(u) L. B. de Wolf Theol. Nat. § 489.

tem, (x) ut itaque haec ipsa mors, malum certe non leuius, cum omnibus obedientiae passiuae expiatoriae praecedenteis, ad nativitatem retrorsum numeratis, momentis inter passiones ipsius connumeranda sit expiatorias. Qualem igitur totum exinanitionis statum summo cum iure esse dixeris. (y)

§. XXX.

Ex eo enim, quod iam paucis antea monuimus, quo inter homines esse coepit, pari cum reliquis mortaliū miserorum infantibus conditione carnem et sanguinem habuit, (z) iisdem tum vteri materni cum illis, (a) tum paupertatis humiliatisque matris suae vexatus incommodis, haecce inter in lucem emissus, (b) loco satis ignobili, per hancce licet nativitatem ipsius celebritate notato. (c) Post circumcisionis subiens dolores, (d) a pastorum tantummodo plebecula (e) spretisque gentilibus, (f) qui adoraretur, quaesitus, a gente sua parui aestimatus (g) fabri quem lignarii natum esse ducebant, (h) nisi quod infidiis a crudele illorum tum temporis

Ex sacrae scripturae narratione hoc probatur.

(x) Phil. II, 6. 7. 8.

(y) Ne quis vero hinc inferat, incarnationem nos cum exinanitione confundere, ad instar Pontificiorum et Caluinianorum quorundam. conf. Ad Rechenbergius in app. tripart. ad libr. eccl. Luth. symb. p. 152. fqq. Ad filipalmarum potius Form. Cor. e. Solid. Decl. loco ibid. citato. Aliud est totam exinanitionem passionem vocare, eiusque partibus incarnationem etenus, quatenus miserias habuit comites, connumerare; aliud vero hanc ipsam, quae in exaltatione perdurat, ipsam dicere, exinanitionem.

(z) Ebr. II, 14.

(a) Luc. II, 6.

(b) v. 7.

(c) Matth. II, 5. 6. coll. Mich. V, 1.

(d) Luc. II, 21.

(e) v. 15. fqq.

(f) Matth. II, 1. fqq. conf. Pl. CXXXVII, 20. Matth. XVIII, 17. Act. X, 45.

(g) Luc. II, 7.

(h) Matth. XIII, 55.

ris rege, ex praeiudicata opinione de regno in hisce terris ab ipso auspicando, petebatur. Quibus ex consilio Dei inter infantum innocentium caedes irritis, (i) in re domestica parum lauta parentum adultus, (k) munus suum continuis sub procerum plebisque populi sui cauillationibus, conuictis, iniuriis, persequitionibus, tentatisque violentiis, de pertinacia illorum suorumque toto fere die dolendi infirmitatibus ansam adeptus, inchoauit, continuauitque, (l) usque dum friuoli manus in illum iniecerunt violentas, illumque captiuum e iudicio altero, vario iam antea eneruatum animi moerore acerbissimo, ad alterum pertraxere, capitibus eundem condemnantes, et facinorosissimi hominum instar ad crucis promouentes supplicium. Ex qua pendens neque opprobria immanitatatem eorum mitigare, neque irae numinis contra peccata homines effugere gustum sanguinem potuit, usque dum animam, tot excruciatam stupendis doloribus, efflando, quae viuus patienda in se pro hominibus susceperebat, consummare, eoque peracto, humo committi sepultum ipsi contigit. (m) (conf. §. XII.)

§. XXXI.

Conceditur primarium, non vero omne, momentum expiationis morti seruatoris et derelictioni. Minime vero, haec omnia percensendo, praecipuum quoddam mortem Iesu Christi in expiacione peccatorum sibi vindicare momentum, negatum iuerimus, ille quem, sacrificium verum piaculare, animam sic deponere, sanguinem que effundere debuit. (n) Neque desertionis ipsius in cruce pretium eminentius imminuere animus nobis est, plenitudinem,

(i) Matth. II, 7.19.

(k) Luc. II, 51. coll. Io. I, 46.

(l) cuius rei documenta vbius apud euangelistas obvia. add. Matth. XVII, 17.

(m) ex harmonica itidem hic ea colligas euangelistarum narratione.

(n) Ebr. VIII, 13. 14. 15. Ief. LIII, 10. Wolfgang Franzius I. c. disp. VI. §. V.

XX. p. 126. 129. disp. X §. XLVIII, p. 286. disp. XV. §. CXXVIII. p. 475.

nem, (o) praeterquam quod aequalem afflictionibus eius-
dem spiritualibus in horto Gethsemane (p) dignitatem in
satisfactionis negotio decernendam esse censemus. Illis
enim, ipse non minus fatetur, poculum sibi euacuandum
acerbitatum abundans, quod pariter humana, diuina nisi
fuisset suffulta, recusasset natura, ac desertionis caliginosam
cito transire horam eiulatu suo post miserando cupiuit.
Et si quid ego definire in hac vtriusque passionis Christi
nobis saluberrimae comparatione audeo, maius priori, ac
posteriori, in expiatione peccatorum vindicare momentum
atque pretium nullus dubito. Ista enim passionis in horto
circumstantiae, quibus constat, ineffabilem tristitiam ango-
remque illum sponte inuasisse feruatoris animam ac sine
causis externis, eundem ad deprecandos iteratis vicibus in-
stantes horrores ipsum immanitate sua commouisse, iisque
tamen illum impedire non potuisse, quo minus totam eius-
dem humanam naturam fortissime penetrans dolor in pugna
cum morte ipsum cruenta desudare iuberet, nihil sane mi-
nus, ac infernalium tormentorum mortisque aeternae, poena-
rum itaque, pro omnibus omnium hominum peccatis in
anima sua sanctissime experiundarum, sensum fuisse arguunt,
eiusmodi quem solummodo, naturae alias incognitas, sensa-
tiones producere posse merito credendum est. Hanc vero
desertionem in cruce, si antecedentis spectaueris et conse-
quentia, ita accidisse animaduerteris, vt, quo maiore diro-
rum extrinsecus obrueretur hic Dei agnus mole, eo se, praet-
er obdurateos istos ardeliones, ipsum qui opprimere peni-

F 2

tus

- (o) Hanc itidem sententiam fount *Io. Gu. Baierus* 1.c. P. III. C. II. Sect. II. § III. n. f. p. 443. (qui vero etiam ad hoc praecepue momentum dolores infernales omnes pertrahendo a nobis fit alienus.) et *S. R. Reusch* introd. cit. §. CCCCLXXII. p. 911. eandem qui effectum ex omnium viuenter peccatorum poenarumque eorundem viuidissimo sensu esse putat. Cum his facit *D. Henr. Müllerus* in Iefu paciente not. 71. p. 193. sqq. *Harmonia Euang. Chemnitio - Lysero - Gerhardiana* Tom. II. p. 2014. sqq.
- (p) *Matth. XXVI, 36 - 44. Luc. XXII, 39 - 44.*

*Huius cum
lucta in
Gethse-
mane
comparatio*

tus adlaborabant, longias ab illo recepisse, quidquid creaturee nomen habebat, (q) adspectum tremendum creatoris ac seruitoris passi moribundique non sufficiens. Adeo sol radios subtraxit, (r) suo se quoque modo aliaque ad lucem eius visibilia quasi occultans, ut inde nihil remanserit ipsi tenebris praeter soliditudinem, neque adfuerit quidquam, quod lugentes alias homines pacare doloresque reddere mitiores consueuit acerbissimos. Hinc disfluente ex corporalis passionis hoc summo fastigio in diuinam ipsius mentem acrimoniam dolorum summa, ac eandem, quod fieri solet, occupante totam, omnis denique solatii diuini sensus, omnem qui aliis solatii defectum supplet, cessare coepit, quod et in corporis aduersis, animo sese impertinentibus, culmen dicas acerbitatis esse vimque maximam, (s) nullus cui merorum hominum perdurandae in hac vita parem se absque infana venditare iactantia potest; in altera vero cui, ne miseriae quoddam, et qua corpus, lenimentum haberemus, pro infinitae poenae ratione, omnes obnoxii fuissemus. (t) Sic desertionem Dei filius, quo promeritam istam ab hominibus passuris amouere idem penitus valebat, absoluerauot totam passionem, quam viuus sufferre debebat, ita ut quasi, licet aliqua adhuc ad resurrectionem restarent momenta, decrescente tamen ista dolore ab eodem transfigerentur. Aceto enim felle

- (q) Discipuli, qui, quamprimum captiuus ducebatur, illum deseruerant; Matth. XXVI, 56. amici praeceperunt et amicae, populusque, quibus valedixerat exiens Luc. XXIII, 27. seqq. a cruce pendens Io. XIX, 25. adeo et latroni resipiscendi Luc. XXIII, 40-43. Alias vero via res creatas ad turbam istam accessisse concipiatur.
- (r) Marc. XV, 33. Luc. XXIII, 45.
- (s) Hof. VIII, 12. Hinc deprecantur, tamquam malorum maximum, pii PL. XXXVIII, 22. Ll. 13. et, non existente hac derelictione, grauiissimus sub plagiis constantem feruant animum 2 Cor. III, 9.
- (t) Matth. VII, 23. XXV, 41. 2 Thess. I, 9. vbi $\alpha\pi\sigma\delta$ non sine ratione hic pertrahi potest; et si humanam Christi naturam cum dolore viueros damnatos statuat D. Thomas. conf. Altensteig. Lex. Theol. p. 218. Calixtus de boni, perf. summ. p. 44.

selle mixto potatus (u) miseram quidem, nouosque parientem dolores aliquam tamen refrigerationem sciens et momentaneam sensit. Mox in hanc experto, dolore hactenus fine sine aucto, iam obtusiore percepto, de consummata passione simulque absoluto propediem redēctionis opere mentem erigens conuictio, (x) mortem subito insequitam, solatioque hoc stipatam, ut spem in patre, non procul amplius absente, at vero animam exspiratam suscepimus, (y) collocare posset, habuit comitem. Iure itaque suo haec omnia, quae desertionem concernunt, anima licet Iesu Christi, quod in quavis corporis afflictione contingit, eadem participauerit, ad corporalem ipsius pro hominibus passionem pertinent. Quae quum inter poenas peccati minor merito existimatur, ac animi propriae tribulationes, a morte aeterna ac apud inferos praeprimis oriundae, quas in horto sensisse vadem nostrum maximum percepimus: hanc inde, cur hisce maius, ac desertioni, tribuamus in passione Christi expiatoria momentum, rationem habeto.

§. XXXII.

Omnia denique haec certiora fient ac dilucidiora, vbi paucis, priusquam hanc finiuemus sectionem, veritatis hactenus demonstrata trutina argumenta eruditissimorum diffentientium ponderata a nobis fuerint. Ad duo eadem referre, quoad hanc disceptationis partem, genera commodissime poterimus.

Ex ipsa quaestione, quam (§. II.), et divisione eiusdem, sub qua eandem proposuit M. R. Raibleius, vtrumque dignoscendum ab altero erit. Sic enim, quid sit rō expiatorum in vita Iesu, definiri voluit, (z) vt ad sequentia responderetur.

I.) totus

(u) Io. XIX, 28 29.

(x) v. 30.

(y) Luc. XXIII, 46.

(z) im Theologen 1755. part. 19. col. 301. sqq.

*Enarratur
diffentienti-
tium
sententia.*

- I.) totusne exinanitionis filii Dei status, omnisne eiusdem in terris peregrinatio, actionesne ac fata ipsius vniuersa in toto suo complexu exhibeant illud, quo ad pariendam nobis gratiam diuinam ille desudavit?
- II.) Num totius vitae Iesu quaelibet pars vi gaudeat singulari singulare quoddam hominis expiandi delictum? Praesertim vero num quaevis afflictionum Christi species peculiarem peccatorum humanorum deleucrit speciem?
- III.) Cum plenaria sanguinis profusione coniuncta mors Iesu vtrum pariter, ac singula vitae ante actae eiusdem momenta, pars tantum quaedam satisfactionis dicenda fuerit, an vero, exclusis omnibus, quae praeter eam saluatori acciderunt, vnicia hominum cum Deo facta reconciliatio eadem dicenda sit?
- III.) Si vero cruenta Iesu mors nostra fuerit sola redemptio, quid, quaequo, cogitandum erit de omnibus, quae egit passusque est salutis recuperator?

Secundum hac a nobis disceptationis sectione membrum minime respici, recordabitur lector, de quo vero disquiretur sequente. (§. III.) Reliqua si sub generaliorem redigere vis ideam, aliquid negare, aliud vero affirmare eosdem deprehendes. Negandi ansam desumunt ex primo et ultimo quaestionis segmento, affirmandi ex tertio. Responsio ad ultimum affirmative quidem sonat ex parte, negandi vero praeципua quaestionis intentio, idemque apud M. R. Rathlefiū effectus eiusdem fuit nec non apud adm. reu. Meierum, Schoenigerum eruditissimum et Anonymum vtrunque, cuius claudunt scripta, de hac quaestione collecta, reliquorum agmen (§. II.). Sic ea responsione alteram explicite negatiuam primi quaestionis segmenti fulcire student. Affirmant e contrario tertium. Vtrique, et negato, et affirmato rationes addunt, circa quas nobis iam, post probatam hactenus nostram thesin contrariam, disquirendum erit. Ipsi quidem negandum quod sibi sunserunt, praetire, affir-

mandum, sequi voluere. Inuersa pro rei, quam efficiendam sibi elegerunt, conditione processissent serie commodius, opinor. Tum enim demum seiuungere a quo quis alio vitae Iesu momento ideam expiationis valuerint, vbi morti illam prius vindicassent soli vel derelictioni patris, quam conge- miscens in cruce expertum se fuisse filius Dei testatur. Haec ea sunt, quae in figendo certo expiationis momento senten- tiarum diuertia pariunt. Vtrumque, a rationibus pro co- dem affirmantibus dissentientium initium disquisitionis nobis facturis, suffillatim examinis earundem instituendi an- fam praebet, itanisi ad idem collinearent pro vtroque stabi- liendo argumenta, vt, vix ac ne vix quidem a se inuicem disiungenda, paucioribus refutari a nobis possent.

§. XXXIII.

Mortuum esse Christum pro peccatis nostris, quum potius loquutio sit ipsius oris Dei effatorum auctoritate mu- nita, (a) ac derelictum fuisse pro peccatis, occasio facilius illa fieri alia, ac nos, defendantibus potuit, qui in diuersam de- flesterent sententiam. Qua igitur ad id permotos prima solos tangeret disputatio nostra, nisi ob'orrectam nobis oc- casionem breuior illa contra negatiuae sententiae argumen- ta simul amice gladium stringere vellet, operam anticipando, quea in sequentibus minor'adhiberi poterit. Doctissimum si Meierum, Schoenigerum, Anonymorumque priorem exceperis, reliquos &o anteecedente memoratos ambo huic addi- gos, licet cum distinctione, inueneris factioni, quea sola morte sua expiasse hominum genus οεδιθπωτον adserunt, ex- clusis quibusuis aliis eiusdem actionibus et passionibus. (b) Mutatam quidem sibi mentem M. R. Rathlelius subiunxit.

Quorum
alii mortem
solam
expiato-
riam
vocant.

Mo-

(a) Rom. V, 6.7.8. VI, 9.10.

(b) app. des Theologen 1755. col. 24. Wir sehen also - auch meine Versoeh- nung col. 158. Ich würde sagen - warum man nicht - wir nachher be- weisen.

Modum vero limitesque ac rationes huius mutationis quum, quantum apud nos constat, cum orbe erudito nondum communicavit, saltim non abs re fuerit, argumenta ab eodem ante hanc professionem ingenuam procula, quibus et socium sibi adiunxit vltimum Anonymorum videtur, veritatis submittere iudicio. Hos sequentibus contra thesin a nobis hactenus demonstratam dimicare armis videmus.

I.) Nusquam se doctrinae, quae praeter mortem Christi et reliqua quaedam vel omnia vitae ipsius momenta Deum hominibus placasse contendit, vestigia legisse conqueruntur. Quae in sacris praecipue paginis, apud patres, Hugonem de Prato et Megalandrum nostrum Lutherum desiderari opponunt. (c)

II.) Affirmatiuum potius pro morte seruatoris sola expiatoria de hisce auctoritatibus gloriari posse scribunt. (d)

III.) Multa redemptorem optimum peregisse obtundunt, quae ad meritum atque satisfactionem eiusdem computari nec possunt, nec debent, nostri causa licet suscepta fuerint.

III.) Metum necessitatis praetexunt, qua diuisam adsumere satisfactionem contra naturam rei cogerentur, si opinioni a se rejectae ad stipulandum ipsis esset. (f)

V.) Adplicatio typorum primi foederis, praesertim sacrificiorum, ad Christum antitypum suum, quo minus cum aliter sentientibus faciant, obstat iis videtur. (g)

VI.) Θεανθρώπω indignius esse ducunt, XXXIII. annorum et dimidii tempus in perficienda consumissile satisfactione, qua perfungi momento temporis potuisset. (h)

VII.)

(c) col. 21. 25. n.1.

(d) col. 21. fqq. 26. n. 2. col. 27. n. 5. col. 158. fqq.

(e) col. 23. f. 155. fqq.

(f) col. 25. n. 1. col. 158. 27. n. 7.

(g) col. 26. n. 2.

(h) ibid. et fqq. n. 4.

VII.) Ex necessitate mortis Christi, quam reliquis dero-
gant vitae illius mutationibus, satisfactionem ad illam
solam pertinere inferunt. (i)

VIII.) Eandem ex violenta mortis Christi conditione,
decretum de satisfactione quoniam non ingreditur,
conclusionem efformant. (k)

VIII.) Reliqua vitae Christi momenta pro mediis fo-
luminodo satisfactionis fini contingenter subordinatis,
non vero pro ipsis satisfactionis habent partibus. (l)

X.) Multa ad personae Christi tantummodo gloriam illu-
strandam spectare obiciunt, quae sacra in eiusdem vi-
tae descriptione notantur historia. (m)

XI.) Ex satisfactionis infinito valore eandem momentane-
am esse debere relinqu opinantur. (n)

XII.) Plures ac vnicam hanc circa vitae Iesu eventus fo-
uisse intentiones sapientiam numinis dicunt. (o)

Quae omnia in naturae magis congruum ac opportu-
niorem redigi poterunt ordinem, sub generalioribus si con-
templati fuerimus illa capitibus. Consideremus igitur haec
argumenta,

- a) quatenus a natura satisfactionis apud Deum pro homi-
nibus,
- b) quatenus a conditione satisfactoris,
- c) quatenus ex principio cognoscendi,
- d) quatenus a contingentibus huius negotii desumpta sunt,
et ad vnumquodque illorum solutionem tradamus, quam fie-
ri poterit, breuissimis

§. XXXIII.

Necessaria satisfactionis ipsius, ex quibus contranos dis-
putant, sunt

- (i) ibid. et seq. n. 4.
- (k) col. 27. n. 5.
- (l) n. 6.
- (m) col. 1; 6.
- (n) col. 158.
- (o) col. 161. f. q.

*Hicce
respondetur
ad argu-
menta,
desumpta*

n) infi-

G

- 1) ex infinito satis-
nitio satis-
ctionis
valore.
- 2) infinitus valor;
3) indivisibilitas;
4) mors satisfactoris necessaria.

Quod ad primum attinet, Xa potissimum ille nobis §o antec. enumeratarum obiectionum obtenditur. Infinitus valor actionum vel passionum ab absentia limitum in auctore illarum atque subiecto formale suum depromit, et in actionibus passionibusque, quae infinitudine extensua et protensa per naturam suam carent, hanc intensione suae supplet infinitudinis. (§. III. VII.) Talem inesse debuisse satisfactioni Deo pro hominibus praefstadae euictum dedimus. (§. XI.) Fieri quoque potuisse lubentes largimur, quod factum esse aduerfae affirmant sententiae patroni, vnicam actionem atque passionem, eodem comite vsam, quamvis adaequare posse protensionem ac extensionem. Neque vero hic a posse ad esse fiat consequentia. Horum posteriori opponimus

1.) reliquam satisfactionis naturam, in qua sibi obloquunt audient

A) satisfactoris, qua talis, necessariam iis cum similitudinem, pro quibus ipsi satisfaciendum est, (p) quanta in uno eodemque subiecto inueniri potest. (§. XI.) Pro omnibus satisfacere debebat Iesus Christus hominibus, aeternis alias premendis suppliciis. In eo iis omnibus simul sumtis similis fieri non potuit, vt se multipliando numerum eorundem conficeret. (§. VII.) Neque par erat, eundem sine fine a morte teneri suppliciisque, (q) sanctissimum (§. XII.) atque infinitum. Successio vero cum fine ab utraque hacce ratione conceditur, in qua agere patique potuit ac debuit, quo satisfactor, qua talis, quantum a re ipsa permittebatur, iis, pro quibus satisfaciebat, similis esset successui. Reliqua in quibus natura ipsius, qua talis, ab hac similitudine ipsum prohibebat, infinitus iste valor nobis supplesse dicitur

B) hinc

(p) Ebr. II, 17. IIII, 15. Phl. II, 7.

(q) Act. II, 24. 27.

- B) hinc fluentem necessitatem, qua, quantum fieri potuit, quascunque calamitates ob peccata sifferre deberent, tamquam poenas, peccatores, easdem illum perferrere oportuit. (r) In temporales haec dispescuntur aeternas. (s) His quum propter rationes exhibitas obnoxius in reali protensione sua esse non potuit, (§. VII.) illas in se suscipiendo eum et cum una-
que harum, et cum singulis necesse potuit ac de-
buit infinitum valorem, aeternarumque in intensione
sua maxima sensum, quo idem, ac haec in protensione
et extensione sua, efficere valerent.
- b) satisfactionis actu existentis, teste spiritu sancta, praede-
terminatam qualitatem. Passum enim non solum a te-
neris eundem fuisse, ex huius sanctissimis percepimus
eloquii, (§. XXX.) quod absque peccati aut proprii, quod
vero illi tribuere falsum et impium foret, (§. XII.) aut
alieni imputatione fieri non potuit. (§. XXI. XXIII.)
In ipsis vero etiam muneris ab eodem administrandi ini-
tisis spiritu excitatus Ioannes Baptista, praecursor ipsius,
ipsum τὸν ἀγῶνα τὸν αὐτοῖς τὸν κόρυς
cum praesentis temporis verbi αἴρει significatu insinuire
nullus dubitauit. Io. I. 29. (t) Αὐτὸν τὸν εἰλέντας πληρώμα-
τος τὸν χρόνον, ἐν ᾧ ἡ ζωὴ σάλβη γενόμενος ἐν γυναικὶς, εγέ-
νετο simul idem ὑπὸ νύμφου, et quoad obsequium, et quoad fe-
ren-

(r) Ebr II, 18.

(s) Iv. Ga. Baierus l.c. P. II. C. I. §. XV. not. e. f. p. 356. sqq.

(t) quo itidem in dirimenda inter Antinomos et Neonomos eadem iam
olim exorta controuersia arguendo vtitur inter alia Zach. Grapius
in system. nouissimar. controuerf. s. theor. recens controu. Tom. III.
s. Christolog. rec. controu. qu. XII. §. I. 2. p. 39. sq. coll. qu. XI. §. I.
p. 33. Vnde max. reu. Rathlelius, id ignorans, (conf. der Theologie
1755. col. 300. et append. col. 7.) prorsus intactam non esse que-
stionem viderit. Tollendi rectius et quidem in singulari significatu Def.
Erasmus voci ἡγεμονία sensum addit, quorum prius, at vero Arminia-
na mente, H. Grotius cum illo adferit. vid. Crit. Engl. Tom. III. col.
1538. 1572. Zegerus ibid. col. 1550. agni denominationem rectius,

rendam maledictionem, ἵνα τὸς ὑπὸ νόμου iacentes homines
imbecillos deuotosque εἰχαγοῦσιν. Gal. III, 4, 5. (u)

§. XXXV.

^{2) ex eius-} Indivisibilitate satisfactionis Christi, quam vrgent, (S. dem indiui XXXIII. n. III. et ex parte n. III.) eximii nostri dissentientes fibilitate, thesin nostram porro impugnant. Est vero illa, quod ipsi perspectum habuerint, terminus relativus. Pro obiecti nostri ratione, quod actionem passionemque in tempore diuisibili inuoluit, duplarem permittit significatum. Aut enim tempus spectat, et durationem rei eiusmodi in omnium minima temporis parte innuit, in nullas amplius diuisibili; aut vero ad ipsam rem refertur, eiusque, semel absolutae, reiterationem abesse iubet. Hanc et nos admittimus, statuendo, neque Christo redituro, neque alio quodam venturo opus, neque quendam venturum esse ad satisfaciendum pro hominibus, (x) omnibus ad finem suum satisfactione perducta Christi actionibus et passionibus. (y) Illam negamus, quippe

1) salua etiam aduersiorum illa vix defendi sententia poterit. Quantillum enim fuerit, in quo corporis et animae seruatoris a se invicem facta moribundi separatio acciderit, ad indivisibilitatem tamen illud restringere velle, impossibilia velle iustoque subtilius disputare in re tam ardua esse mihi videtur.

2) rationibus debitibus euictae sententiae repugnat, quibus vnicam satisfactionem, non reiterandam, nec, quae superpleretur, indigam, pluribus actibus successiuis praefatur potuisse, actaque praefitam esse effectum est. (§. XXX. XXXIII. A. B.) §. XXXVI.

ac hic l. c. et b. Sal. Glas. philol. S. col. 472, qui hunc locum ad agnum praefertum paschalem spectare putant, metonymicam pro quavis victimā adsumere mihi videtur, alias licet fontis puritatē turbans. Portare quoque peccatum non semper mortem infert. Leu. XVI, 21. 22. Num. V, 31.

(u) Dilplicet Vatabli (Crit. Angl. Tom. V. col. 511.) et Grotii (ibid. col. 522.) ad h. l. sententia, quorum vterque relationem τῷ γενέθλῳ ὅποι νόμοι ad τὸς ἵπτον εἰχαγοῦσι neglit, τῷ ἰεποτέλλον mandantis esse dicentes, ἵνα εἰχαγούσιν, posterior vero τὸς ἵπτον folos vult esse Iudeos eorumque Profelytas, immemor Gal. III, 13.

(x) Ebr. X, 26.

(y) v. 14.

§. XXXVI.

Bene fese habet res, vbi deinceps hanc ob causam necessitatem mortis Christi perpendere moneatur. (§. XXXIII. ^{3) ex necessitate mortis.} Ambabus illam vlnis amplectimur. Iustitia laesa ^{tis satisfactoris.} praecipue mortem laesoribus proprie obeundam minatur (z), haec vbi minae mortis simul vocabulo quamuis miseriam comprehendunt, quae mortem antecessura esset et insequutura (a). Omnia pro hisce passurus (§. X.), haec reuera passus (§. XII.) illam vitare non potuit, postquam se satisfactum spopondit. Adeo consensu nostro comparationem istam prosequimur, qua prae multis aliis seruatoris fatis mors eiusdem tanto singularioris in satisfactione ponderis esse dicitur, quanto illa maius malum reliqua mala antecellit. Ex eo vero, quod vna rei pars est necessaria, non fluit, immo ne quidem ex eo, quod necessitate reliquas supereret, hasce plane nullam sui necessitatem agnosceret, remque, proris licet absuerint, manere saluam. Dari talia in rei accidentibus, concedo, in necessariis, nego atque pernego. Sic eo minus mortis Christi necessitas ad satisfactionem omne reliquum vitae eiusdem excludit, eamque solam satisfactionem ponit, quo certioribus argumentis hoc, nisi in satisfactionis usum, non contigisse, et ideo a sic dirigente numine ad eundem conducens iudicatum fuisse necessarium, demonstrari potest ac a nobis fuit demonstratum. (§. XXVIII. sq.)

§. XXXVII.

Vnde vero sententiam suam firment, nihil in ipsa satisfactionis natura reliquum habentes, ad conditionem summi seruatoris ipsius prouocabunt. (§. XXXIII. b. n. VI. et ex parte n. X.) Dignus illius infinitudine existimat cogitare, qui vnicum vitae eiusdem permittunt momentum expiatorium, ac illos qui, per tot momenta hoc multiplicant, quot status illius exinanitionis per XXXIII. annos et dimidium habuit.

(z) Gen. II, 17.

4) ^{ex satisfactione}
conditione(a) Hieronymus quaest. in Gen. ad h.1. *Picus Mirandula* de Ente et Vno^{c.} Opp. T. I. p. 170. sq. *Augustinus* de ciu. Dei I. XIII. c. XII. *Flacius Clav. ser. c. 673.* Reliquas de hac emphasi ^{תְּהִלָּה} תְּהִלָּה vid. ap. *Fagium* ad h.1. in *Crit. Angl.* Tom. I. col. 47.

(b) quem he patiatur conscientis, quid quis pro virili conatur homo Iob. II, 4.

Dignum

Dignum aliquo illud, per eundem aut in eodem admissum, dicitur, quod cum vero de perfectionibus ipsius iudicio conuenit. Quo propius ab hoc fine abest: eo dignus; quo longius: eo minus dignum; indignum vero absolute audit, quod a vero iudicio de perfectionibus alicuius prorsus abhorret. Infinitudo, largiamur, inuoluit complexum omnium perfectionum. A vero de hac iudicio aliena non poterunt ab se abstergere maculam indignitatis. Quale autem quaeso de rei perfectione verum iudicium formari potest? Non illud, opinor, quod perfectionem illius singularem, sed quod omnes, non quod perfectiones in abstracto, sed in concreto, i. e. cum applicatione ad quasuis entis in calu obvio relationes, spectat. Per infinitudinem potentiae et valoris sui non nisi momento ad expiandum hominum indiguisse reatum seruatorem infinitum in aprico est. (§.XXXIII.) Indignum foret utique, hoc si respectu necessitatem per temporis plura interualla expiandi adstringere eidem conaremur. Aequo vero minus profecto dignum sapientia eiusdem infinita foret, hanc si inter entia successiva operantem omnes instantanee, nullos successiua bonitatis reliqurumque perfectionum fuarum effectus manifestare adferre vellemus. Exemplum nobis hic inseruit creationis, quae secundi pariter ac primi ordinis in instanti perfici per omnipotentiam potuisset, per omnisapientiam, Deum ordinis quae ponit creatorem, non item. (c) Aliusne igitur Deus satisfactor a creatore? Sub illo aequo, atque sub hoc respectu Deum eundem ordinis veneris. (d) Quare ergo ad diuinae ipsius personae exhibendam gloriam hominibus plus temporis, quam momentum concedi posse vel requiri, eruditissimi docent dissentientes? Momentaneum nonne et hoc negotium esse potuit? (§. XXXIII. n. X.) Quis vero missio ipsius potior finis, num hic, an vero satisfactio pro hominibus? (§. XXV.) Iudicent ipsi, quomodo haec conspirent, et quodnam illis ius competit, interrogandi, quare nec breuiore, nec ampliore spatio, ac XXXIII. anorum et dimidii, imperuestigabilis sapientia numinis tempus satisfactionis definire voluerit. (e) Hic manum de tabula, lusci mortales! §. XXXVIII.

(c) conf. historia creationis Gen. I.

(d) 1 Cor. XIII, 33.

(e) der Theol. 1755. part. 19. col. 298. n. 3.

§. XXXVIII.

Sic per illum, quem §o XXXIII. tradidi, ordinem
ad ea, quae ex revelatione desumferunt dissentientes, argu-
menta progredi deberem, et ex hac parte obiectionibus
excussis, reliquis obuiam ire aduersariis nostrae sententiae.
Haec vero quo minus fieri possint statim, vetant disputandi
tempus praedefinitum instans et iubilorum academicorum
solemnitates, et me et typographum prohibentes a labori-
bus vterius continuandis. Quapropter, propediem, quae
restant, quo dissertationis inscriptioni satagam, suppletu-
rus, hic in medio cursu pedem sistere cogo, seruatori
optimo maximo pro gratia sua haec tenus concessa grates de-
motissimas laetus perfoluens, eiusque implorans gratiam,
opere penitus absoluendo suo deesse nolit
auxilio.



Pon Yc 476

ULB Halle
005 579 49X

3



KD 78



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



I. N. I.

30

CHRISTVS

PER OMNES CARNIS SVAE DIES
OMNIA PRO OMNIBVS, VARIA PRO
OMNIBVS ET VARIIS HOMINVM
PECCATIS PASSVS

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO SERENISSIMO DVCE
ERN. AVGVSTO CONSTANTINO

DVCE SAXONIAE IVLIA CIIVIAE MONTIVM ANGARIAE

GVESTPHALIAE RELIQA

PRINCIP E AC DOMINO SVO LONGE CLEMENTISSIMO
EX SVMME REVERENDI THEOLOGORVM ORDINIS IVSSV
DISSERTATIONE IN AVGVRALI

PRO CAPESSENDIS SVM MIS IN THEOLOGIA HONORIBVS

A. D. XXVII. IAN. A. P. C. N. CLO ID CC LVIII. HOR. POM.
INTER IPSA ACADEMIAE SECUNDA POST INAVGVRATIONEM SVM
I V BILA SECVLARIA

SVB PRAESIDIO
VIRI

SVMME REVERENDI CELEBERRIMI DOCTISSIMI
IOAN. CHRISTOPHORI KOECHERI

S. THEOL. DOCT. AC PROF. PVBL. ORD. IN HAC ACADEMIA
INCLVTISSIMI, THEOL. ORDINIS H. T. DECANI

SPECTABILISSIMI

PATRONI FAVORIS ET PROMOTORIS SVI AD CINERES VSQVE
PIE VENERANDI

PVBLICE VENTILANDA
QVA PRIORA HVIVS ARGVMENTI MOMENTA
EVICTVS

AB

EHREGOTT NICOLAO BAGGE

PHILOSOPHIAE DOCTORE CONSIST. DVC. ADSESSORE FAC. PHILOS.
ADVNCTO AD AED. IOAN. PRIMO ET AD AED. MICH. QVARTO VERB.
DIV. MINISTRO SOCIETATVM QVAE IENAE FLORENT TEVT.
ORDINARIO LAT. HONORARIO SODALE.

IEN AE LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.

30